

VICARIUS CAPITULARIS.

ARTICULUS I.

Quoad ea, quae concernunt ejus electionem, qualita- tem, initium, & finem suae Jurisdictionis.

SUMMARIUM.

- 1 Vicarius Capitularis est eligendus à Capitulo infra octo dies post mortem Episcopi, aliàs electio devolvitur ad Metropolitanum.
- 2 Et si ecclesia ipse fuerit Metropolitana, aut exempta, & Capitulo intra octo dies Vicarius Capitularis non eligitur, tunc electio Vicarii Capitularis pro Metropolitana devolvitur ad antiquiorem esse Episcopis Suffraganeis, & pro ecclesia exempta devolvitur ad Episcopum propinquorem.
- 3 Ante Concilium Tridentinum tamen de Jure communi non tenebatur Capitulo Vicarium constituere Sede vacante, sed poterat per seipsum Jurisdictionem exercere.
- 4 Alia usque ad num. 40. satis summam habentur.
- 41 Vicarius Capitularis potest esse Canonicus ejusdem ecclesiae Parochus.
- 42 Non autem Parochus extraneus, & ruralis.
- 43 Vicarius Capitularis cujus aetatis esse possit, & debeat.
- 44 In electione Vicarii Capitularis sunt preferenda Dignitates, & Canonici, quatenus sint idonei, Canonico Coadjutori.
- 45 Si electio non concludatur in tempore à Concilio Tridentino prescripto, fit devolutio ad formam Conciliaris decreti, tam in casu negligentiae, quam dissensionis.
- 46 Si in electione duo Canonici Doctores habuerint vota paria, neuter est Vicarius legitimus, & electio propterea, transacto octiduo, devolvitur ad Metropolitanum.
- 47 Si ecclesia suffraganea vacans careat Capitulo, electio, seu deputatio Vicarii pro illius administratione spectat ad Capulum Metropolitanam Pastore caretis, non ad antiquiorem Ep. Suffraganeum, non obstante synodo provinciali.
- 48 Si autem ecclesia cathedralis careat Capitulo non sit suffraganea, sed exempta, & Sancta Sedes immediate subiecta, ut est ecclesia, & Sancta Sedes immediate subiecta, ut est ecclesia, seu Episcopatus Portuensis, tunc videtur, quod deputatio Vicarii Capitularis in casu vacationis Sedis non pertineat ad propinquorem Episcopum, sed consulenda sit Sancta Sedes.
- 49 Vicarius Capitularis debet provideri de competenti salario, nisi adsit contraria consuetudo.
- 50 Vicarius Capitularis lucratur distributiones, si choro non intersit.
- 51 Si Vicarius Capitularis, ubi adest consuetudo intererendi choro pro lucrandis distributionibus, voluerit eas lucrari, debet interesse cum solita veste canonicali, & sedere in loco sui Canoniciatus, neminem antiquiorem precedendo.
- 52 Si vero noluerit distributiones lucrari, debet praecedere omnes, excepta prima Dignitate post Pontificalem.
- 53 Vicarius Capitularis non potest occupare Sedem Archidiaconi in ecclesia, sed sedere debet in alia Sede portatili.
- 54 Archidiaconus, seu alia dignitas major post Pontificalem, praefertur Vicario Capitulari, etiamsi dicitur Vicarius non sit Canonicus.
- 55 Vicarius Capitularis semel ac est electus, durat toto tempore vacationis ecclesiae.
- 56 Unde Capitularis Jurisdictio cessat solum post possessionem realem captam à novo Episcopo.
- 57 Terminatur autem Vicarii Capitularis Jurisdictio, cum mittitur Vicarius Apostolicus à Papa,

vel à Sacra Congregatione Episcoporum, Item cessat Jurisdictio Vicarii Capitularis, quando removetur à Sacra Congregatione, vel vocatur ad Urbem pro justificandis rebus, de quibus fuit inculpatus.

- 59 Etiam Capitulum Collegiatum exempto, & Nullius Diocesis, Sede vacante sui Praelati, tenetur eligere Vicarium Capitularium.
- 60 Talis autem Vicarius Capitularis non debet necessaria esse Doctor, aut Licenciatu in Jure Canonico.
- 61 Non eligitur autem Vicarius Capitularis per Clerum ecclesiae exemptae, Abbatis vacante.
- 62 Affertur novissima resolutio Sacrae Congregationis Concilii quoad varia dubia de Vicario Capitulari.
- 63 Addit, inseruntur, ad num. 68.

Vicarius Capitularis est eligendus à Capitulo infra octo dies post mortem Episcopi, aliàs electio devolvitur ad Metropolitanum; Communis, text. expresso in Concilio Tridentino sess. 24. de reform. cap. 16. ibi: Item Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur, qui saltem in Jure Canonico sit Doctor, vel Licenciatu, vel aliàs, quantum fieri poterit, idoneus; Si secus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio hujusmodi devolvitur.

Et si ecclesia ipsa fuerit Metropolitana, aut exempta, & Capitulo infra octo dies Vicarium Capitularium non elegerit, tunc electio Vicarii Capitularis pro Metropolitana devolvitur ad antiquiorem esse Episcopis Suffraganeis, & pro ecclesia exempta devolvitur ad Episcopum propinquorem; Communis, text. expresso in ipso Concilio Tridentino loc. cit. ibi: "Et si ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capituloque, ut praefertur, negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Episcopus in exempta Metropolitana, & Vicarium idoneum possit constituere."

Ante Concilium Tridentinum tamen de Jure communi non tenebatur Capitulo Vicarium constituere, Sede vacante, sed poterat per se ipsum Jurisdictionem exercere; Abbas in cap. Irrefragabili n. 2. de Officio Ordinarii, Felin. in cap. Cum olim n. 9. de majoritat. & obediens. Fagnan. in cap. His, quae eodem tit. num. 66. Pellegria. in praxi Vicariorum part. 1. sect. 4. sub sect. 1. n. 4. & alii passim.

Capitulum non potest cogi ad creandum Vicarium intra pauciores dies quam octo, sed potest gaudere termino à Sacro Concilio sibi dato; Vide verb. Capitulum art. 3. num. 29.

Et infra illos dies, antequam Vicarium constituat, exercitium Jurisdictionis spectat ad totum Capitulum in solidum, non autem ad primam dignitatem; Vide ibid. num. 30.

Capitulum nedum potest eligere Vicarium Capitulum post mortem Episcopi, sed etiam quando ecclesia vacat per translationem Episcopi ad aliam ecclesiam; Vide ibid. num. 31.

Et ecclesia vacat per translationem Episcopi statim ac habita fuit notitia, etiam ex testimonio, seu documento Secretarii Sacri Collegii, quod Episcopus à suae ecclesiae vinculo absolutus fuit in Consistorio Sanctitatis Suae, etiam ante expeditionem litterarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem secundae ecclesiae, tunc enim Capitulo potest, & debet Sedem vacantem publicare, & Vicarium juxta Concilii Tridentini praescriptum eligere; Vide ibid. num. 31.

Sic etiam Capitulo potest constituere Vicarium in casu, quo Episcopus efficitur captivus ad hostibus Catholicae Fidei; Vide ibid. num. 32.

Item Sedes vacat, si Episcopus ingrediatur aliquam Religionem, & tunc Capitulo potest eligere Vicarium Capitularium; Vide ibid. num. 32.

Item vacat Sedes per renuntiationem; Vide ibid. n. 34.

Similiter vacat Sedes per depositionem, vel relegationem; Vide ibid. num. 35.

Non potest tamen Capitulo constituere Vicarium in

in casu, quo Episcopus sit excommunicatus, vel suspensus: Vel in casu, quo, Episcopo in remotis degente, Vicarius Generalis ab ipso relictus moriatur, vel à Principe Seculari efficiatur à diocesi; quia tunc recurrendum esset ad Sedem Apostolicam pro provisione; Vide ibid. num. 36.

Capitulum non potest devenire ad electionem Vicarii Capitularis ante certam notitiam vacationis; Vide ib. num. 37.

Capitulum neque potest devenire ad electionem Vicarii Capitularis post habitam notitiam mortis, vel translationis Episcopi, quando Vicarius Episcopi defuncti, vel translatis missus fuerat à Papa, vel Sacra Congregatione Episcoporum; Vide ib. n. 38.

Electio Vicarii Capitularis debet fieri, Capitulo more solito capitulariter congregato, & per secreta suffragia, alioquin nulla est; Vide ib. n. 39.

Capitulum non potest eligere in Vicarium Capitularium, nisi unum tantum, & si eligat plures, electio devolvitur ad Metropolitanum; Si tamen plures successively eligat, primo electus debet continuare, dummodo habeat requisita; Vide ib. n. 40.

Potest tamen Capitulo novis Vicariis constituere, ut alternis mensibus Vicariatus munere fungantur, si legitimam habeat ad id consuetudinem ab immemorabili servatam sine interruptione, & electi sint praediti omnibus qualitatibus, quas Tridentinum requirit; Vide num. 41.

Faeta semel per Capitulo electione Vicarii Capitularis, non potest illum ad libitum revocare, & novum constituere; Vide ib. n. 42.

Si tamen adesset justa causa illum revocandi, debet prius habere licentiam à Sacra Congregatione Episcoporum; Vide ibid. n. 43.

Immo non potest per Capitulo revocari Vicarius Capitularis, etiamsi sit electus cum clausula, quod possit revocari ex causa sibi benevisis; Vide ib. n. 44.

Plures sunt causae, propter quas solet Sacra Congregatio Episcoporum facultatem concedere removendi Vicarium Capitularium, ut indignum, & tales causae assignantur; ib. num. 45.

A Capitulo pro electione Vicarii Capitularis non debent vocari Canonici absentes, nisi commode fieri possit. Nec ita absentes possunt mittere, aut constituere Procuratorem ad ferendum in electione suffragium; Vide ib. num. 46.

Si tamen adsit consuetudo legitime praescripta admittendi in electione Canonici absentes per Procuratorem, talis consuetudo esset intelligenda, & restringenda ad absentes solummodo intra provinciam, & ibidem detentos aliquo legitimo impedimento de tempore actualis electionis Vicarii; ib. num. 47.

Etsi è contra adesset consuetudo non vocandi quovomodo absentes à civitate, servanda esset. Et tanta est vis consuetudinis, quod à Capitulo pro electione Vicarii, praeter Canonicos, vocandi sunt etiam illi, qui de Jure non sunt de Capitulo, ut Portuarii, alique Beneficiarii ecclesiae, si adsit consuetudo legitime praescripta illos vocandi; Vide ib. n. 48.

Si autem consuetudo non sit pacifica, & legitime praescripta, sed solum pauci actus afferantur, in quibus ii, qui non sunt de corpore Capituli, fuerint admissi ad suffragium ferendum, tunc Capitulo potest illos excludere; Vide ib. n. 49.

Capitulo debet per Vicario Capitulari eligere unum, qui sit de gremio Capituli, si adsit idoneus; Vide ib. n. 50.

Et qui sit Doctor, aliàs electio esset nulla; Vide ib. num. 51.

Nec sufficit, quod sit Magister in Sacra theologia, sed debet esse saltem Doctor in Jure Canonico; Vide ib. num. 52.

Nec etiam sufficit, quod sit Doctoratus à persona privata, sed in aliqua Universitate; Vide ib. n. 53.

Habiles tamen non Doctor tollari potest, si Doctor haberi non possit; Vide ib. num. 54.

Debet tamen Vicarius non Doctor eligere sibi Consulatorem benevisum, qui sit Doctor, & in rebus le-

galibus, & de arduis peritus, à quo possit dirigi; Vide ib. num. 55.

Si Capitulo eligat aliquem non Doctorem, quando adest Doctor, ex quo talis electio sit nulla, tunc electio devolvitur ad Metropolitanum; Vide ib. n. 56.

In casu tamen, quod Vicarius deputatus per Metropolitanum ob malam electionem Capituli, vel ob ejus negligentiam, decederet, tunc posset Capitulo novum eligere Vicarium infra octo dies, ut prius; Vide ib. n. 57.

Capitulo non potest in electione, seu deputatione Vicarii apponere restrictionem, ut Vicarius Capitularis non possit procedere contra aliquem Capitularium absque consensu Capituli; ib. num. 58.

Vel sine adjunctis; ib. n. 59.

Nec potest apponere in electione conditionem, ut participet Capitulo de emolumentis ex officio Vicariatus provenientibus; Vide ib. num. 60.

Nec potest Capitulo reservare sibi facultatem signandi supplicationes, distribuendi conciones, vel habendi superintendentiam Seminarium; Vide ib. n. 61.

Vel faciendi gratiam condemnatis ab ipso Vicario, vel cognoscendi de causis suspicionis ipsius Vicarii, ac iudicem non suspectum partibus deputandi, vel cum alia quacunque restrictione insolita. Quod si Vicarius Capitularis electus fuerit cum hujusmodi restrictionibus, poterit nihilominus libere uti sua Jurisdictione absque ullo respectu supradictarum conditionum; Vide ibid. 62. verb. Ordo art. 3. n. 42.

Capitulo enim post electionem Vicarii nullam exercere potest Jurisdictionem, quia post electionem tota Jurisdictio episcopalis transit ad Vicarium Capitulum privative quoad Capitulo, non cumulative; Vide ibid. 63. verb. Ordo art. 3. n. 42.

Unde substitutio facienda propter absentiam Vicarii spectat ad ipsum Vicarium, & non ad Capitulo; Vide ib. num. 64.

Vicarius Capitularis potest esse Canonicus ejusdem ecclesiae, qui in eadem civitate, & ecclesiae curam quoque gerit animarum; Sac. Cong. Episcop. in Ordonem. 19. Martii 1619. & 19. Julii ejusdem anni: Ubi etiam fuit declaratum, quod contrariae decisiones, nempe quod Parochus nequeat eligi in Vicarium Capitularium, intelliguntur de Parocho rurali: Sic refertur decisionem ad litteram Barbosa de Canonis, & Dignitatibus cap. 42. num. 138.

Vicarius Capitularis eligi debet aetatis saltem 25 annorum, si haberi possit, aliàs permittitur posse eligi in aetate 23. annorum, si sit idoneus, sed non semper expedit; Sac. Cong. Concil. die 11. Aug. 1678. apud Barbo. in Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 16. num. 19. & in Summa Apostolic. decis. verb. Vicarius Capitularis Sede vacante num. 8. & Sellium in select. canonic. cap. 19. num. 44.

In electione Vicarii Capitularis sunt preferenda Dignitates, & Canonici, quatenus sint idonei, Canonico Coadjutori, ut respondit Sac. Cong. Concilii 14. Aprilis 1685. lib. 35. fol. 37. apud Monacell. tom. 2. tit. 16. formul. 10. sub n. 13.

Si electio non concludatur in tempore à Concilio Tridentino praescripto cap. 16. sess. 24. de reform. fit devolutio ad formam Conciliaris decreti, tam in casu negligentiae, quam in casu dissensionis; Sacra Congr. Concil. in Aquilana 10. Octob. 1605. lib. 28. fol. 195. apud Monacell. loc. cit.

Si in electione duo Canonici Doctores habuerint vota paria, neuter est Vicarius legitimus, & electio propterea, transacto octiduo, devolvitur ad Metropolitanum, juxta dispositionem Concilii, ut respondit Sac. Cong. Conc. in Vercell. 12. Mart. 1611. lib. 117. f. 769. apud Monacell. loc. cit.

Si ecclesia suffraganea vacans careat Capitulo, electio, seu deputatio Vicarii pro illius administratione, spectat ad Capitulo Metropolitanam Pastore caretis, non autem ad antiquiorem Episcopum Suffraganeum, non obstante synodo provinciali, ut declaravit Sac. Cong. Conc. 28. Augusti 1683. confirmata 14. Aprilis 1685. lib. 35. fol. 195. apud Monacell. loc. cit.

BIBLIOTECA CENTRAL

48 Si autem ecclesia cathedralis carens Capitulo non sit suffraganea, sed exempta, & Sanctae Sedis immediate subiecta, uti est ecclesia, seu Episcopatus Portuensis prope Almam Urbem, tunc videtur, quod deputatio Vicarii Capitularis in casu vacationis Sedis non pertineat ad propinquorem Episcopum, iuxta dispositionem Concilii Tridentini sess. 24. de reform. cap. 16. Sed consulenda sit Sancta Sedes, quia Episcopo viciniore devolvitur electio secundum dispositionem Concilii in casu negligentiae Capituli; at quando ecclesia Capitulum caret, casus est omissus a Concilio. Sic praesentibus verbis Monacell. loc. cit. num. 13. in fine, testans insuper, quod quoties occurrit vacatio in dicta cathedrali, seu episcopatu Portuensi, Episcopus viciniore non se ingerit in deputatione Vicarii, sed ecclesia remanet sub regimine eminentissimi Urbis Vicarii, quia est in districtu Urbis, usque dum novus Episcopus ecclesiae possessionem capiat.

49 Vicarius Capitularis debet providere de competentis salario, Sac. Congr. Concilii in una Ventimilien. 15. Obobris 1601. apud Barbos. in Summa loca cit. n. 13. & de Canon. & Dignitatibus cap. 42. n. 35. & apud Pellegrius loc. cit. sub sect. 1. num. 30. Quod potest esse ad rationem scutorum quatuor pro singulis mensibus, ut declaravit eadem Sac. Congr. in una Casalen. 21. Augusti 1654. Non tamen debet esse majus eo, quod habebat Vicarius Episcopi defuncti. Bads. Sac. Congr. in Ventimilien. 15. Januarii 1602. apud Pellegrius loc. cit. Attendenda tamen est circa supradicta omnia legitima locorum consuetudo. arg. cap. Cum tanto 11. de consuetudine.

50 An Vicarius Capitularis mereat distributiones quotidianas, si choro propter suum munus non intersit? Variant Doctores. Affirmativam enim sententiam defendunt Pellegrius loc. cit. num. 31. Garcia, Gonzalez, Pavin, Covarrub. & alii ab ipso citati dicentes, non contrarij paritate de Vicario Episcopi, quia ideo ipse non interessendo choro, non lucratur distributionibus, quia servit Episcopo, & non ecclesiae, ut servit Vicarius Capitularis, sicut notat Rota decisi. 200. num. 5. part. 2. diversar. Negativam autem sustinet Monacell. dom. 3. tit. 1. formul. 41. num. 5. Monet ubi distributionibus part. 2. quest. 11. num. 83. & reg. Barbos. de officio & potestate Episcopi. p. 3. alleg. 54. numer. 163. vers. Qui dum a choro absens est, & de Canonis, & Dignitatibus cap. 22. numer. 39. & alii plures. Ut autem concilietur Doctores, dicendum est, dandum esse legitimis locorum consuetudinibus, ut ibi Vicarius Capitularis absens a choro lucratur distributiones, ubi adest legitima consuetudo eas lucrandi; & ibi non lucratur, ubi adest legitima consuetudo eas non lucrandi; arg. cit. c. Cum tanto 11. de consuetudine: Et sic tenent Rota c. decisi. 222. num. 6. p. 2. divers. Barbos. loc. cit. Quaranta in Summa Bullar. verb. Capitulum Sede vacante, vers. Octavo dubitatur: Prosper August. in addit. ad d. Quaranta loc. cit. num. 8. in fine. Rebuff. tit. de Vicario Episcopi. num. 5. & ipse Pellegrius loc. cit. num. 31. in fine, cum aliis ibi allegatis.

51 Si Vicarius Capitularis, ubi adest consuetudo interessendi choro pro lucrands distributionibus, voluerit ipsas lucrari, debet interesse cum solita veste canonicali, & sedere in loco proprio sui Canonici, ne minem antiquiorem precedendo; Rota in Lucana Beneficii 8. Decemb. 1579. coram Serafino, & eadem Rota decisi. 288. num. 2. part. 2. recent. apud Barbos. cit. alleg. 54. n. 166. & Pellegrius loc. cit. n. 34. & sic tenent cum ipsis plures alii Doctores.

52 Si vero noluerit distributiones lucrari, debet praecedere omnes, excepta prima Dignitate post Pontificalem: Sic rescriptum fuisse a Sac. Congr. in una Assisientiensi de mense Augusti 1630. dum ipse esset Assisii, testatur Nicolius in Floscul. verb. Vicarius Capitularis num. 67. & refert etiam Pellegrius loc. cit. num. 34. & alii.

53 Vicarius Capitularis non potest occupare Sedem Archiepiscopalem in ecclesia, sed sedere debet in alia Sede

portatili; Sac. Congr. Rit. in Nucerna 10. Aprilis 1601. apud Pellegrius loc. cit. n. 34. & Barbos. de Canonis, & Dignitatibus cap. 42. n. 42. de officio & potestate Episcopi. p. 3. Archidiaconus, seu alia Dignitas major post Pontificalem praefertur Vicario Capitulari, etiamsi dictus Vicarius non sit Canonicus; Barbos. cit. cap. 42. n. 41. & cit. alleg. 54. n. 167. cum aliis ibi citatis.

54 Vicarius semel ac canonicus est electus, durat toto tempore vacationis ecclesiae: Quamvis enim Barbosa in Summa Apostol. decis. loc. cit. num. 7. & tract. de Canonis loc. cit. num. 44. & in Trid. c. sess. 24. cap. 16. num. 14. refert Sac. Congr. sub die 17. Junii 1617. decrevisse posse Capitulum eligere Vicarium cum clausula, quod non duret nisi per annum; tamen Nicolius in Flosculis verb. Vicarius Capitularis sub num. 59. refert saepius a Sac. Congr. Episcopi. decisum fuisse non posse Capitulum eligere Vicarium Capitularem ad certum tempus; sed pro tempore vacationis ecclesiae: Sic dicta Sac. Congr. in Potentina 7. Maji 1604. 30. Augusti 1641. 3. Maji 1647. 14. Feb. 1648. & in Sutrina 21. Nov. 1652. Quod & melius esse testatur etiam ipse Barbos. in cit. cap. 44. n. 44. & cit. sess. 24. cap. 16. num. 14. refertens ita rescriptis Sacram. Congr. Episcopo Cajetano sub die 28. Oct. 1587. Et sic expresse tenet Monacell. tom. 1. tit. 1. formul. 2. num. 14. cum Fagnano, & aliis ibi citatis, adductis insuper aliis decretis.

55 Unde Vicarii Capitularis jurisdictionem cessat solum post possessionem realem captam a novo Episcopo: Sedes enim Episcopalis intelligitur provisi vacare usquequo littere Apostolicae Praelati provisi de illa ecclesia, cujus Sedes vacabat, non fuerint presentatae Capitulo; nec interim potest Episcopus noviter provisus episcopatum ministrare: Extravagant. Injunctae 2. de electione: Unde Vicarius Capitularis potest continuare exercitium suae jurisdictionis, donec novus Episcopus adeptus fuerit realem episcopatus possessionem: Quaranta in Summa Bullar. verb. Capitulum Sede vacante n. 13. vers. 13. Dubitatur, Flaminius Parisius de resignat. lib. 8. quest. 15. num. 33. Rebuffus in prax. benefice de Simonia in resignat. num. 11. Henric. consil. n. 4. Aloysius Riccius in praxi fore. eccles. decis. 376. in prima edition. resolut. 500. in secunda edition. Stephanus Gramian. dissectat. forens. cap. 27. Pellegrius loc. cit. sub sect. 6. num. 1. & cum pluribus ibi citatis; Barbosa c. allegat. 54. num. 161. Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 15. §. 2. num. 88. ubi refert conclusum, validam esse quandam collationem Canoniciatus in mense Ordinario vacantis factam a Capitulo Burgensi, spreto Episcopo jam promoti, & habente expeditas litteras suae provisionis, qui tamen nondum illas ostenderat, nec presentaverat.

56 Terminatur autem Vicarii Capitularis Jurisdictio, cum mittitur Vicarius Apostolicus a Papa, vel a Sacra Congregatione Episcoporum, quod fit, si ecclesia diu vacaverit, ut censuit Sac. Cong. Episc. in una Aleriana 28. Junii 1649. praesertim si subditi in administratione Justitiae aliquod inconveniens experiantur; Ead. Sac. Congr. in Ugentina 17. Septemb. 1655.

57 Item cessat Jurisdictio Vicarii Capitularis, quando removetur a Sacra Congregatione, vel vocatur ad Urbem pro justificandis rebus, de quibus fuit inculpatus; Sac. Congr. Episcopi. in Spoletana 13. Novemb. 1600. in Arsen. 30. Septembr. 1650. & in Monopolitana 2. Maji 1653.

58 Quod haecenus dictum est de Vicario Capitulari cathedralis, locum habet servata proportione in Vicario Capitulari collegiatae exemptae, & nullius diocesis; Capitulum enim collegiatae, quae nullius diocesis est, & subditur proprio Praelato ordinariam, & quasi Episcopalem Jurisdictionem habenti, vacante Sede dicti sui Praelati, debet eligere Vicarium Capitularem eodem modo, & eisdem legibus, capitulis cathedralium praescriptis a Sacro Concilio Trid. sess. 24. de reformat. cap. 16. Communis. Cum haec tamen differentia, quod Vicarius Capitularis dictae Collegiatae exemptae, & nullius, non debet necessario esse Doctor, aut

aut Licentiatum in Jure canonico, sicuti tenetur esse Vicarius Capitularis Cathedralis: Sic expresse declaravit Sacra Congregatio Concilii ad diff. cap. 16. die 12. Septembr. 1585. apud Garcia de beneficiis tom. 1. p. 5. cap. 7. num. 20. & apud Pellegrius loc. cit. sect. 5. num. 5. Non posse autem eligi Vicarium Capitularem per Clerum ecclesiae exemptae, Abbatia vacante, decrevit S. C. Conc. in Anglonen. 30. Jan. 1717. ut refert Card. Petra tom. 4. Comment. ad Constit. IV. Callisti III. sect. 3. num. 10.

62 Afferitur novissima resolutio Sacrae Congr. Concilii quoad varia dubia de Vicario Capitulari in ipsa proposita, ut sequitur.

I. An possit Capitulum, Sede vacante, post electum Vicarium in Spiritualibus, & temporalibus, deputare alium toties quoties sibi placuerit ad aliquid faciendum in exercitio Jurisdictionis translatae, ipsam Jurisdictionem reassumendo?

II. An possit Capitulum per seipsum dare subditiis chartas testimoniales, vel reverendas ad Ordines suscipiendos, vel debeant dari per Vicarium Generalem Capitularem?

III. An possit Capitulum in deputatione Vicarii Capitularis dare Jurisdictionem limitatam, & possit in hoc casu attendi consuetudo regni Lusitaniae? & quatenus affirmativo.

IV. An possit reservari Jurisdictionem alicui alteri committere, vel illam debeat per seipsum exercere?

V. An possit Capitulum dare subditiis attestaciones de vita, & moribus per seipsum, vel debeant dari a Vicario Capitulari?

VI. An possit Capitulum jubere Vicario Capitulari, ut det tales attestaciones, vel debeat pendere ab arbitrio Vicarii Capitularis?

VII. An in concursu parochialium debeat intervenire arbitrium Vicarii Capitularis, vel debeat pendere ab arbitrio Capitulari, facti concursus in praesentia Capituli, vel in absentia, & an debeat attendi consuetudo regni in casu, &c.

Sacra Congr. Conc. in Eboen. Jurisdictionis 1. Decemb. 1736. Respondit: Ad I. Negative. Ad II. Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam. Ad III. Negative. Ad IV. Provisum in tertio. Ad V. Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam. Ad VI. Negative. Ad VII. Affirmative quoad primam partem ad formam juris: In reliquis negative.

63 Pacifica haud est opinio Auctoris num. 60. quod & Capitulum Collegiatae ecclesiae defuncto Praelato Nullius debeat constituere Vicarium Capitularem, Jurisdictionem enim remanere penes Capitulum, nec teneri ipsum constituere Vicarium Capitularem, sentiunt Fagnan. in cap. His quae num. 77. de major. & obediens. ubi quod ita resolvit Sac. Congr. Concilii interpres, Lauren. de Vicar. tract. 3. cap. 4. quest. 541. per tot.

64 Capitulum vero cathedralis, vel metropolitanae ecclesiae non teneri in electione haec Vicarii Capitularis servare formam cap. Quia propter de elect. communis sententia est, ut rejecto Fresc. de Visitat. lib. 1. cap. 25. num. 32. affirmat Pirhing. ad tit. Decretal. de Officio Vicar. num. 77. Pignatell. consult. canonic. tom. 8. consult. 34. num. 9. & 11. Garc. de benefice. part. 5. cap. 7. num. 21. Lauren. de Vicar. tract. 3. cap. 4. q. 550. num. 1.

65 Hinc fit, quod necesse haud sit, ut haec Vicarii Capitularis electio fiat per suffragia secreta; Lauren. de Vicar. tract. 3. cap. 4. q. 55. n. 2.

66 Debet vero concurrere major pars suffragiorum, & quidem collegialiter praestitorem, ut valida sit electio Vicarii Capitularis. Quocirca electio Vicarii Capitularis facta a minori parte Capituli, minime valida evadit per subscriptionem literarum patentium facta a majori parte ejusdem Capituli, quum non sufficiat consensus postea datus a singulari; Pignatell. consult. canonic. tom. 1. consult. 23. num. 7. Lauren. de Vicar. tract. 3. cap. 4. q. 552. per tot.

67 Ferrar. Bibliothec. Tom. IX.

Coram quo, & quomodo proponenda sit nullitas 68 electionis Vicarii Capitularis, vide apud Lauren. de Vicar. tract. 3. cap. 4. q. 554. per tot.

ARTICULUS II.

Quoad ea, quae Vicarius Capitularis facere potest, vel non.

SUMMARIUM.

- 1 Vicarius Capitularis, sicuti Capitulum, Sede vacante, succedit Episcopo in his, quae illi competunt de Jure communi, non vero in his, quae sunt de Jure speciali, sive Delegato.
- 2 Vicarius Capitularis potest concedere dimissorias ad Ordines infra annum a die vacationis Sedis Archiepiscopalis ratione beneficii recepti, vel recipiendi.
- 3 Et aliquando conceditur ei facultas, ut etiam infra dictum annum concedere possit praefatos dimissorias.
- 4 Qui dicantur archidiaconi ratione beneficii recepti.
- 5 Et qui ratione beneficii recipiendi.
- 6 Post annum vero a die vacationis potest dictas dimissorias concedere quibuscumque suis subditiis, etiam non archidiaconi.
- 7 Potest etiam ante lapsum anni concedere licentiam Episcopo extero exercendi Pontificalia, & Ordines conferendi Clericis exteris, non tamen subditiis Sedis vacantis.
- 8 Item potest ante lapsum anni obtinentis facultatem a Sede Apostolica de suscipiendo Ordines cum licentia sui Ordinarii, hanc licentiam subordinatam concedere.
- 9 Item potest dare licentiam Episcopo confirmandi, ecclesias consecrandi, reconciliandi, & alia ad usum Pontificalium spectantia exercendi.
- 10 Et ipsemet potest ecclesiam non consecratam reconciliare.
- 11 Item potest diocesim per se, vel per alium visitare, & in Visitatione decreta facere: Dummodo sit lapsus annus a postrema Visitatione, nec faciat novitates.
- 12 Item potest diocesanam synodum congregare, elapso anno ab altera synodo ultimo celebrata.
- 13 Et eo tempore potest eligere Examinatores Synodales.
- 14 Item concursum ad parochiales vacantes facere potest.
- 15 Item potest executioni demandare litteras Episcopo per Sacram Congregationem directas, & ab illo non executas.
- 16 Item potest absolvere a censuris, & dispensare in Irregularitatibus, in quibus potest Episcopus.
- 17 Item potest Vicarios idoneos parochialibus vacantibus deputare, donec de Rectore protitum sit, & proponere edita ad concurrem.
- 18 Item potest sibi substituere Vicarium ad modicum tempus propter ejus absentiam, vel infirmitatem.
- 19 Item potest procedere sine adjunctis, ubi sine ipsis procedere poterat Episcopus.
- 20 Item potest cognoscere causas matrimoniales.
- 21 Item potest visitare Moniales non exemptas, exemptas vero non potest.
- 22 Moniales tamen exemptas potest visitare in iis, in quibus datur Episcopi facultas perpetua visitandi tanquam Sedis Apostolicae Delegati.
- 23 Vicarius Capitularis potest conferre illa beneficia, quorum collatio spectabat ad Episcopum ob negligentiam inferioris.
- 24 Item potest in beneficiorum permutationibus auctoritatem interponere, & consensum praestare, quando collatio parum spectat ad Capitulum, & partim ad Episcopum: Non autem in aliis casibus.
- 25 Item potest unire beneficia in omnibus casibus, in quibus potest Episcopus, dummodo nihil praedijcetur Juri episcopali.
- 26 Item potest commendare ecclesias ad tempus, donec provideantur.

- 27 Item potest dare licentiam edificandi ecclesiam, & ut acquiratur Juspatronatus.
- 28 Item potest dispensare cum illegitimis etiam ex damnato coitu ad Minores Ordines, & ad beneficium simplex cum causa.
- 29 Item potest suspendere, excommunicare, interdicere, privare, & absolvere.
- 30 Unde potest monitoria ad finem revelationis concedere.
- 31 Item potest gratiam facere subditis, ipsisque remittere penas per Episcopum mortuum impositas. Alii tamen sentiunt contrarium. Unde vide verb. *Reca* art. 1. num. 64. & tenet ubi ibi.
- 32 Item dispensare potest in Interstitiis.
- 33 Item potest statuta facere, que totam diocesim obligent etiam tempore Episcoporum successorum, donec revocentur.
- 34 Item potest compellere Religiosos, qui fuerunt Executores testamentarii, ad reddendas rationes administrationis.
- 35 Item potest exigere rationes ab Administratoribus locorum piorum.
- 36 Item potest approbare Confessarios pro Sacramentalibus Confessionibus excipiendis.
- 37 Item potest Matrimonio celebrando assistere, & alteri Sacerdoti licentiam assistendi concedere.
- 38 Item potest licentiam concedere, ut Novitii per duos menses ante professionem possint disponere de suis bonis, & donationem, seu cessionem facere cuicumque voluerint.
- 39 Tandem Vicarius Capitularis potest exercere omnem Jurisdictionem competentem Episcopo de Jure communi ordinario, non autem de Jure speciali, sive delegato.
- 40 An totam predictam Jurisdictionem Episcopi transuentem, Sede vacante, in Capitulum, possit Vicarius Capitularis exercere sine speciali mandato ipsius Capituli, etiam in his, que speciale mandatum requirunt?
- 41 Non potest Vicarius Capitularis infra annum a die vacationis Sedis concedere dimissorias ad Ordines non archaici.
- 42 Immo neque potest infra dictum annum dimissorias ad primam Tonzuram concedere non archaici.
- 43 Potest tamen dimissorias ad primam Tonzuram concedere illis, qui sunt presentati a patronis laicis ad beneficia Juspatronatus.
- 44 Neque potest infra dictum annum concedere dimissorias ad Ordines, etiamsi Capitulum habeat territorium distinctum, & exemptum pacifice posterum.
- 45 Vicarius Capitularis concedens infra dictum annum dimissorias ad Ordines non archaici in quas penas incurrat.
- 46 Pena incurritur ad Vicario Capitulari, quavis sit, cui concessis dimissorias, ea usus non fuerit.
- 47 In quas penas incurrant Ordinati infra annum cum dictis dimissoriis.
- 48 An possit Vicarius Capitularis infra dictum annum concedere licentiam Episcopo extero commoranti in diocesi, ut ordines Regulares previo examine per ipsum Vicarium facto.
- 49 Licet non possit nunc Vicarius Capitularis dimissorias ad Ordines concedere infra annum non archaici, poterat tamen ante Concilium de Jure communi.
- 50 Dimissoria ad Vicario Capitulari sive post annum, siq; intra annum in casu permisso rite concessa non expirant per ingrestrum novi Episcopi.
- 51 Potest tamen novus Episcopus illas revocare.
- 52 Quavis Vicarius Capitularis nequeat infra dictum annum dimissorias ad Ordines concedere non archaici, potest tamen expedire intra dictum annum illas dimissorias, quas Episcopus defunctus nominatim concesserat, & non expedierat.
- 53 Vicarius Capitularis non potest concedere Indulgentias.
- 54 Vicarius Capitularis, Sede vacante, nequit quid-
- quam innovare in prejudicium Ecclesie, aut Episcopi.
- 55 Neque potest bona ecclesie relicta occupare.
- 56 Neque potest conferre beneficia spectantia ad solam collationem Episcopi.
- 57 Et hoc etiamsi collatio spectaret ad Episcopum cum consensu, vel consilio Capituli.
- 58 Potest tamen conferre beneficia illa, quorum collatio spectat ad Episcopum, & Capitulum simul.
- 59 Neque potest suppressere beneficium & unire Capitulum.
- 60 Neque potest donationem Juspatronatus confirmare.
- 61 Neque potest substituere novos Examinatores in locum Examinatorum absentium, aut defunctorum.
- 62 Neque potest exequi Commissiones Apostolicas in forma dignum, & alias directas Episcopo, vel ejus Vicario Generali intuitu Officii, vel sub nomine Dignitatis.
- 63 Neque potest expedire dispensationes Matrimoniales directas Episcopo, & ejus Vicario Generali.
- 64 Neque potest cognoscere causas confuentium ad Ecclesiam, vel ab illa extrahentium.
- 65 Neque potest prohibere, ne quis, Sede vacante, promoveatur ad Ordines.
- 66 Neque potest licentiam concedere erigendi nova monasteria Monialium.
- 67 Neque potest iterum examinare Confessarios Regulares ab Episcopo defuncto examinatos.
- 68 Neque potest, nec debet causas expedire & dimissorias concedere, imminente novi Episcopi provisione, & adventu.
- 69 Adducitur novissima resolutio Sacre Congregationis Concilii quoad aliqua dubia de Vicario Capitulari.
- 70 Alia usque ad n. 91. satis summata referuntur.
- 72 Subnectuntur Supplementa Auctoris, ad n. 103.

VICARIUS CAPITULARIS, sicuti Capitulum, Sede vacante, succedit Episcopo in his, que illi competunt de Jure communi, non vero in his, que sunt de Jure speciali, sive Delegato: *Communis* per text. in cap. *Etiam* te 7. de *rescriptis*, cap. *Cum olim* 14. *Majoris*, & *Obedient*. cum similibus: In Vicario enim Capitulari canonice electum transferret tota Jurisdictio Capituli, & Jurisdictio Vicarii Capitularis in supradictis eadem est, que fuit Episcopi; Sac. Cong. Episcop. in *Reatina* 21. Nov. 1603. apud Nicolium in *Flosculis* verb. *Vicarius Capitularis* num. 68.

Vicarius Capitularis potest concedere dimissorias ad Ordines infra annum a die vacationis Sedis archaici ratione beneficii recepti, vel recipiendi, ut colligitur clare ex Concilio Tridentino *sess. 7. cap. 10. de reform.* & pluries declaravit expresse Sac. Cong. & signanter in *Neapolitana* 12. Januarii 1604. & in *Aleriana* 24. Januarii 1653.

Et aliquando conceditur facultas Vicario Capitulari, ut etiam infra annum a die vacationis Sedis Episcopalis possit concedere dimissorias ad Ordines, cum voto tamen pleni Capituli, ubi pro servitio ecclesie id necessarium esse fuerit judicatum, prout a Sac. Cong. Episcop. concessa fuit Vicario Capitulari *Antuerpiensis Ecclesie* 15. Martii 1598.

Archaici ratione beneficii recepti dicuntur illi, qui obtinent aliquod beneficium requirens servitium personale, ratione cujus de Jure, consuetudine, privilegio, statuto ecclesie, vel fundatione infra annum tenentur se promoveri facere ad illum Ordinem, quem requirit tale beneficium; Barbos. ad *Trident.* *cit. sess. 7. cap. 10. num. 16.* cum pluribus ibi citatis, Monacell. tom. 3. tit. 2. formul. 3. num. 2. & alii passim.

Archaici autem ratione beneficii recipiendi dicuntur illi, qui habent Jus, seu sunt vocati, aut presentati ad aliquod beneficium vacans, seu Capellaniam, que requirit actu certum Ordinem, quo illi carent; Barbos. *loc. cit.* num. 17. cum aliis ibi allegatis, Monacell. *loc. cit.* num. 2. & quod presentati ad beneficia dicantur archaici, expresse declaravit Sac. Congr.

Epis-

- Episcop. in *Squillacen.* 3. Januarii 1594. apud Nicolium *loc. cit.* num. 70. vers. Presentati, & Monacell. tom. 1. tit. 1. formul. 2. num. 22.
- 6 Post annum vero a die vacationis Sedis Episcopalis potest Vicarius Capitularis dimissorias ad Ordines quibuscumque suis subditis etiam non archaici concedere: Colligitur clare ex Concilio Trid. *cit. sess. 7. cap. 10.* & expresse declaravit Sac. Congr. ejusdem Concilii apud Garciam de *Beneficiis* part. 5. cap. 7. n. 93. & Pellegri-num *loc. cit.* sub *section. 2. n. 5.* & Sac. Cong. Episcop. in *Neapolitana* 12. Januarii 1604. & in *Aleriana* 24. Januarii 1653. apud Nicolium *loc. cit.* n. 70. ubi declaravit, concedere dimissorias post annum spectare ad Vicarium Capitularem, & non ad Capitulum.
- 7 Potest Vicarius Capitularis etiam ante lapsum anni concedere licentiam extero Episcopo exercendi Pontificalia in Ecclesiis diocesis, & Ordines conferendi Clericis exteris habentibus literas suorum Episcoporum, non tamen Clericis subditis vacantis Sedis: Sac. Cong. Concilii in *Brixien.* 16. Maji 1705. Barbos. de *Canonici*, & *Dignitatibus* cap. 42. num. 124. Quaranta in *Summa Bullar.* verb. *Capitulum* Sede vacante q. 11. Navarrus *consil.* 27. de *temporibus Ordinatum*. Molfesius in *Summa tract.* 2. c. 2. n. 28. Piasec. p. 1. cap. 2. num. 13. pag. 39. Marc. Anton. Genuens. in *praxi Archiepiscop.* *Neapolitan.* cap. 87. n. 33. Marchin. part. 6. cap. 3. numer. 16. Fornar. de *Ordine* cap. 5. n. 8. vers. Quarto nota, & alii.
- 8 Potest Vicarius ante lapsum anni obtinenti facultatem a Sede Apostolica de suscipiendis Ordinibus cum licentia sui Ordinarii, hanc licentiam subordinatam concedere; Navarr. *consil.* 27. de *temporibus Ordinatum*. Piasec. *loc. cit.* n. 123. & alii.
- 9 Potest Vicarius Capitularis dare licentiam Episcopo extero confirmandi, ecclesias consecrandi, reconciliandi, & alia ad usum Pontificalium spectantia exercendi in sua Jurisdictione; Sac. Congreg. Episcop. in *Nepe-sina* 15. Decemb. 1603. apud Nicol. *loc. cit.* n. 3. & Pellegri-num *loc. cit.* sub *sect. 2. n. 6.*
- 10 Et ipsemet Vicarius potest ecclesiam non consecratam reconciliare; Sacra Congr. Rit. in *Hydruntina* 15. Decembris 1632. apud Bonfadin. in *Thesaur. Eccles. decis. resolut.* 51. num. 23. & Barbos. in *Summa collectan.* 712. num. 4.
- 11 Potest Vicarius Capitularis diocesim visitare per se vel per alium, & in Visitatione decreta facere, dummodo sit lapsus annus a postrema Visitatione, nec faciat novitates; Sac. Congr. Episcop. in *Lancianen.* 10. Junii 1629. & *Pamilonen.* 3. Februarii eodem anno, in *Materanen.* 10. Decembris 1604. cum famulatu, & comitatu solito a Concilio Trident. *sess. 21. cap. 5. de reform.* prescripto; Sac. Congr. Concilii in *Limana* 10. Maji 1629.
- 12 Item potest diocesanam synodum congregare, elapso anno ab altera synodo ultimo celebrata: Sic decisum fuisse a Sac. Cong. Cong. referunt Garcia de *Benefic.* part. 9. cap. 2. n. 8. Card. Petra tom. 5. *Comment.* ad *Constit.* 4. *Callisti III. sect. 2. n. 113.* & alii plures; Vide verb. *Synodus* n. 11.
- 13 Et eo tempore, quo synodum celebrat, potest eligere Examinatores Synodales, extra vero illam non potest, sed uti debet electis antea; Sac. Cong. Episcop. in *Neapolitana* 12. Januarii 1604.
- 14 Item Concursum ad Parochiales vacantes tempore Sedis vacantis facere potest, ut poterat Episcopus, servata forma Concilii Trident. *sess. 23. cap. 18. de reform.* ac magis idoneum eligere, & approbationem ad Sanctis. Dominum, ejusque Eminentis. Datarium mittere pro confirmatione electionis; Sac. Cong. Episcop. in *Ravennat.* 3. Februarii 1604.
- 15 Potest executioni demandare literas Episcopo per Sacram Congr. directas, & ab illo non executas; Sac. Cong. Episcop. & Regul. die 10. Aprilis 1615.
- 16 Vicarius Capitularis potest absolvere a censuris, & dispensare in Irregularitatibus ex delictis occultis Sedis Apostolicæ reservatis provenientibus, quibus est id concessum Episcopis a Concilio Tridentino *sess. 23. de reform.* cap. 6. Sic Sac. Congr. Conc. 3. Decembris 1632. apud Barbosam de *Canonici*, & *Dignitatibus* cap. 42. num. 62. in *fine*, & in *Summa Apostolic. decis. collectan.* 717. num. 5. & Pellegri-num *loc. cit.* sub *sect. 2. num. 22.*
- Item potest Vicarios idoneos Parochialibus vacantibus deputare, donec de Rectore provisum sit, & proponere edicta ad concursum; Sac. Congr. Concil. apud Aldan. in *compendio canonico. resolut.* l. 1. tit. 43. num. 46. & Barbosam *loc. cit.* num. 25. Vide supra num. 14.
- Item potest sibi substituere Vicarium ad modicum tempus propter ejus absentiam, vel infirmitatem: Hoc enim spectat ad ipsum, & non ad Capitulum; Sacra Congr. Conc. apud Pellegri-num *loc. cit.* num. 26. & apud Barbos. in *Summa loc. cit.* n. 9. Vide verb. *Capitulum* art. 3. num. 94.
- Item potest sine adjunctis procedere, si Episcopus, dum vivebat, auctoritatem habebat procedendi sine illis: Si vero Episcopus hoc privilegio non gaudebat, ita nec Vicarius Capitularis; Sac. Cong. Conc. apud Barbos. in *Summa loc. cit.* n. 7. Garcia de *Benefic.* part. 5. cap. 7. num. 32. & Pellegri. *loc. cit.* n. 7.
- Item potest cognoscere causas Matrimoniales; Sac. Cong. Conc. 30. Maji 1602.
- Item potest visitare Moniales non exemptas, exemptas vero non potest; Barbos. lib. 1. *Juris Eccles. univers.* cap. 32. n. 71. Garcia *loc. cit.* cap. 6. n. 45. Pellegri. *loc. cit.* n. 23. & alii passim.
- Moniales tamen exemptas potest visitare in illis, in quibus datur Episcopis facultas perpetua visitandi tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis: Talis enim Jurisdictio, cum sit facta Episcopis in perpetuum, est pars Jurisdictionis ordinariæ, & sic transit ad Vicarios Capitulares; Barbos. de *Canonici*, & *Dignitatibus* c. 42. n. 107. & tit. 1. *Jur. Eccles. univers.* c. 32. n. 31. in *fine*, Molina de *Justitia tract.* 5. disp. 11. num. 8. Pellegri. *loc. cit.* n. 24. & alii passim.
- Vicarius Capitularis potest conferre illa beneficia, quorum collatio spectabat ad Episcopum per devolutionem ob negligentiam inferioris; Abbas in *cap. 1. n. 1.* Nec Sede vacante. Quaranta in *Summa Bullar.* q. 10. Pellegri. *loc. cit.* n. 30. & alii.
- Item potest in beneficiorum permutationibus auctoritatem interponere, & consensum prestare, quando collatio partim spectat ad Capitulum, & partim ad Episcopum, non autem in aliis casibus; Garcia de *Beneficiis* part. 11. cap. 44. a n. 75. Barbos. l. 1. *Jur. Ecclesiastic.* cap. 32. num. 97. Quaranta *loc. cit.* q. 10. Diana part. 8. *tract.* 4. *resolut.* 19. Pellegri. *loc. cit.* num. 31. & alii.
- Item potest unire beneficia in omnibus casibus, in quibus potest Episcopus; dummodo nihil præjudicetur Juri Episcopali; Garcia de *Benefic.* p. 12. cap. 2. n. 67. & 68. Zerola *prax. Episcop.* p. 1. verb. *Unio* §. 1. & p. 2. verb. *Capitulum* §. 4. Quaranta *loc. cit.* q. 9. vers. *Quæ conclusio*, Pellegri. *loc. cit.* 32. & alii.
- Item potest commendare ecclesias ad tempus, donec provideantur; Barbos. *cit. lib. 1. cap. 32. n. 94.* Molina de *Justitia tract.* 3. disp. 11. n. 11. vers. *Licet*, Zerola *loc. cit.* p. 1. verb. *Capitulum* §. Ad quintum, Rebuff. in *praxi benefic. tit. de devolut.* n. 77. & 80. Pellegri. *loc. cit.* n. 34. & alii.
- Item potest dare licentiam edificandi ecclesiam, & ut acquiratur Juspatronatus, Pellegri. *loc. cit.* n. 35. Lambertin. de *Jurepatronat.* lib. 1. p. 1. *quæst.* 5. art. 9. Pavinus de *potestat.* cap. Sede vacante p. 1. numer. 5. Barbos. de *offic. & potestat. Episcop.* part. 3. alleg. 70. num. 32. Garcia de *benefic.* part. 5. cap. 9. num. 79. & alii.
- Item potest dispensare cum illegitimis etiam ex damnato coitu ad Minores Ordines, & ad beneficium cum causa; Barbos. lib. 1. *Juris Eccles. cap. 32. n. 81.* & part. 2. de *offic. & potestat. Episcop.* allegat. 45. numer. 25. Quaranta in *Summa Bullar.* verb. *Capitulum* Sede vacante *quæst.* 9. vers. 8. Secundo quæro, Navarr. *consil.* 51. quod incipit: *Ad Capitulum, de tem-*

po-

poribus Ordinari. in antiq. & consil. 7. de filiis Presbyt. in novis. & alii.

29 Item potest suspendere, excommunicare, privare, & absolvere; cap. His quæ in fine, de Majorit. & Obediens. cap. unic. eod. in 6. Pellegri. loc. cit. n. 40. Rebuff. loc. cit. tit. de devolut. num. 63. & alii apud Dianam pars. 8. tract. 4. resol. 11. Vide supra num. 16. ubi fuit conclusum, posse Vicarium Capitularem absolvere ab omnibus censuris, & dispensare in omnibus Irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, à quibus potest Episcopus vigore facultatis Conc. Tridentini sess. 24. cap. 6. de reform.

30 Unde potest monitoria ad finem revelationis concedere, quia est actus Jurisdictionis necessarius, ut est excommunicationis promulgandæ facultas: Sic declaravit Sac. Cong. Conc. 26. Octobris 1590. apud Pellegri. loc. cit. num. 56. & tenent Doctores communiter.

31 Item potest gratiam facere subditis, ipsisque remittere poenas per Episcopum mortuum impositas, cum hoc sit de Jurisdictione ordinaria; Riccius tom. 1. prax. Fori Ecclesiast. resolut. 302. Novarius in Summa Bullar. tit. de Capitul. Sede vacante n. 12. Marcell. Vulp. in prax. Eccles. cap. 44. n. 27. Pellegri. loc. cit. n. 64. Alii tamen apud ipsum cit. n. 64. sentiunt contrarium. Unde vide verb. Poena art. 1. n. 64. ubi assertur decretum Sac. Cong. Concil. & tenet sicut ibi.

32 Item dispensare potest in litteris, sicuti potest Episcopus, virtute Concilii Trident. sess. 24. de ref. cap. 11. 13. & 14. ex causis ibi expressis; Sic declarasse Sac. Congregationem Concilii testantur Marcell. Vulp. loc. cit. cap. 44. n. 27. Pellegri. loc. cit. n. 47. & alii. Vide verb. Interstitia n. 12.

33 Item potest statuta facere, quæ totam diocesim obligent etiam tempore Episcoporum Successorum, donec revocentur; Pavinus de potest. Capitul. Sede vacante p. 1. q. 6. Marcell. Vulp. cit. leg. 44. n. 16. Zerola loc. cit. verb. Capitulum §. 25. Quaranta loc. cit. verb. Quæro secundo, Pellegri. loc. cit. n. 42. & alii.

34 Potest compellere Religiosos, qui fuerunt executores Testamentariorum, ad reddendas rationes administrationis; Pavinus loc. cit. q. 7. n. 6. Azorius Instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 39. sub sect. q. 6. Barbosa part. 3. de offic. & potest. Episcop. alleg. 82. n. 35. Pellegri. loc. cit. n. 44. & alii.

35 Item potest exigere rationes ab Administratoribus piorum locorum; Quaranta loc. cit. verb. Septimo, Pellegri. loc. cit. n. 45. Zerola loc. cit. p. 2. verb. Capitulum §. 9. & alii passim.

36 Item potest approbare Confessarios pro Sacramentalibus Confessionibus expiendis; Communis.

37 Item potest Matrimonio celebrando assistere, & alteri assistendi licentiam concedere; Communis.

38 Item potest licentiam concedere, ut Novitii per duos menses ante Professionem possint disponere de suis bonis, & donationem, vel cessionem facere cuicumque voluerint, secundum formam Concilii Trident. sess. 25. de Regularibus cap. 16. Com.

39 Tandem Vicarius Capitularis potest exercere omnem Jurisdictionem competentem Episcopo de Jure communi ordinario, non autem de Jure speciali, sive Delegato: Succedit enim vice Capituli in totam Jurisdictionem Episcopi, & potest omnia facere, quæ sunt Jurisdictionis Ordinariæ, nisi expresse prohibita repeantur; cap. His quæ 11. cap. Cum olim 14. de majorit. & obediens. cap. unic. eod. in 6. cap. Ad abolendam, de Hæreticis, cap. penult. & c. ultim. de supplenda negligentia Prælat. cum similibus: Et sic tenent Doctores passim.

40 An autem Vicarius Capitularis possit totam dictam Jurisdictionem exercere etiam in illis casibus, in quibus Vicarius Episcopi non possit sine speciali mandato? seu an totam prædictam Jurisdictionem Episcopi transeuntem, Sede vacante, in Capitulum, possit Vicarius Capitularis exercere sine speciali mandato ipsius Capituli, etiam in his, quæ speciale mandatum requirunt? Variant Doctores. Affirmativam enim sententiam tenet Gutierrez canonic. quest. 1. l. 1. cap. 11.

num. 10. vers. Id quod hodie, Genuens. in praxi Archiep. Neap. c. 86. num. 5. Molina de Justitia tract. 5. disp. 11. num. 4. Nicolaus Garcias de benef. part. 5. cap. 7. num. 28. Diana part. 6. tract. 7. resol. 41. in princip. vers. Secundo videtur, & alii. Et ratio est, quia cum Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 16. ardet Capitulum ad eligendum infra octo dies Vicarium, qui totam Jurisdictionem exerceat, non videtur necessaria alia specialis commissio, & impartitio specialis mandati: Maxime quia per declarationes Sacræ Congregationis Capitulum post electionem Vicarii, nullam exercere possit Jurisdictionem, cum post electionem tota Jurisdictione episcopalis transeat in Vicarium Capitularem private quoad Capitulum, non cumulative; Sac. Cong. Episc. in Hydruntina 1. Octobris 1655. & in alia Newton. 17. Septemb. ejusdem anni Et Jurisdictione Vicarii Capitularis eadem sit in his, quæ sunt Juris communis, quæ fuit Episcopi; Sac. Cong. Episc. in Reatina 21. Novemb. 1603. Negativam autem sententiam, nempe non posse Vicarium Capitularem facere omnia, quæ speciale mandatum requirunt, si illud non habeat; nec veniunt vigore mandati generalis, seu in Vicarium Capitularem non transire ea, quæ requirunt speciale mandatum, docent Pellegri. loc. cit. sub rection. 2. n. 67. & alii apud ipsum, Barbosa in Summa colleçan. 717. n. 13. ubi ex Decreto Sac. Cong. Conc. dicit, quod Vicarius Capitularis deputatus cum generali commissione non habet facultatem faciendi illa, quæ indigent speciali delegatione; Fagnanus in cap. A nobis 21. num. 49. de sententia excommunic. dicens, sic sæpius respondisse Sacram Congregationem Concilii, Piasc. in praxi Episcop. 2. c. num. 48. referens sic declarasse Sacram Congregationem Concilii die 4. Decembr. 1632. in ans Camenee. in qua dubitatum fuerat pro parte dicti Episcopi Cameneen. An Facultas competens Episcopi vigore Conc. Trid. cap. 6. sess. 24. de reform. transferatur in Vicarium Capitularem Sede vacante? Et Sac. Cong. Cardin. Concilii Tridentini interpretum inherendo declarationibus aliis factis respondit, eam facultatem transferri in Vicarium Capitularem Sede Episcopali vacante, dummodo talis facultas specialiter per Capitulum eidem Vicario tributa fuerit. Et ita etiam tenuit Rota in Maurianensi pensionis 25. Junii 1626. coram D. Pirovano in fine, & in Burgen. Canonici, coram D. Gypso, addit, ad Garciam de benef. part. 5. cap. 7. de 29. vers. Sed postea. Et ratio est, quia Concilium Tridentinum nihil disposuit de hoc, sed solum ardivit Capitulum ad constituendum Vicarium infra octo dies, & nihil aliud sancivit; Unde casus omissus remanet in dispositione Juris Communis, quando lex nova nihil disponit: Ante autem Concilium Tridentinum in Vicarium Capitularem non transibat major potestas, quam in Vicarium Episcopi, ut tradunt Pavinus de potestate Capituli Sede vacante quest. 10. part. 2. num. 17. Mandus. in Regul. 24. Cancell. quest. 6. num. 10. Sbroz de Vicar. Episcop. lib. 2. quest. 4. num. 5. Quaranta in Summa Bullar. verb. Capitulum Sede vacante quest. 2. num. 15. vers. Circa quam commissionem; ergo, ut concludit Pellegri. loc. cit. num. 67. cessat omnis dubietas, cum etiam accedant prædictæ declarationes Sacræ Congregationis Concilii, & Rotæ Romanæ decisiones: Unde nisi praxis sit in contrarium, non est ab hac opinione recedendum, in praxi autem servari, quod quotiescumque eligitur Vicarius Capitularis, à Capitulo detur illi omnis facultas, quam Capitulum habet, & dare potest, etiam in his, quæ speciale mandatum requirunt, fatentur non pauci, adeoque in hoc servanda est praxis, & legitima consuetudo cujusque diocesis, ac Provinciæ; arg. cap. Cum tanto 11. de consuetudine. Vide verb. Jurisdictione num. 18. ubi conclusum fuit, Jurisdictionem Vicarii Capitularis esse ordinariam.

Non potest Vicarius Capitularis infra annum à die vacationis Sedis episcopalis concedere dimissorias ad Ordines non arctatis, textu expresso in Concilio Trident. sess. 7. cap. 10. de reform.

43 Immo neque potest infra dictum annum dimissorias concedere non arctatis ad primam Tonsuram; Barbosa ad Concil. Trident. c. sess. 7. cap. 10. numer. 2. Quaranta loc. cit. verb. Capitulum Sede vacante vers. Decimo quæro, Garcias de benef. part. 5. cap. 7. num. 95. Moneta de commut. ultim. volunt. cap. 10. num. 173. Riccius decis. 175. num. 2. part. 4. Card. de Luca supra Concil. disc. 31. num. 32. Ventriglia in praxi p. 2. adnot. 15. §. 1. num. 2. Pellegri. loc. cit. sub sectian. 3. num. 4. Majol. de Irregul. lib. 4. cap. 2. num. 3. Monacell. tom. 3. tit. 2. formul. 3. num. 3. & seq. ubi recedendo à contraria sententia, quam tenuerat tom. 1. tit. 1. formul. 2. num. 23. solide probat hanc nostram sententiam, & sic tenent plures alii. Potest tamen dimissorias ad primam Tonsuram concedere iis, qui sunt presentati à patronis laicis ad beneficia Jurispatronatus ipsorum, ut sic illa obtinere valeant, quia tunc presentati ad dicta beneficia dicuntur arctati, ut declaravit Sac. Cong. Concil. in Squillacen. 3. Jan. 1694. & tenent supracitati Doctores, & alii passim.

44 Neque potest Vicarius Capitularis infra dictum annum concedere dimissorias ad Ordines, etiam si Capitulum habeat territorium distinctum, & exemptum, & pacifice possideat ab immemorabili, & in eo Jurisdictionem ordinariam habeat; Riccius in decis. Curie Episc. decis. 185. n. 3. Quaranta loc. cit. vers. Decimo quæro, Barbosa supra Concil. cit. sess. 7. cap. 10. n. 4. Pellegri. loc. cit. n. 6. & alii.

45 Vicarius Capitularis concedens infra dictum annum dimissorias non arctatis incidit in poenam interdicti juxta dispositionem Conc. Trid. c. sess. 7. cap. 10. & non in poenam suspensionis per annum, juxta c. 10. sess. 23. Barbos. supra Concil. c. sess. 7. cap. 10. n. 18. Molina de Justitia tract. 5. disp. 11. n. 4. Francis. Leo in Thezauro fori eccles. p. 3. cap. 8. n. 48. & alii. Ita quod non prohibeatur concedere alias dimissorias; Rota in Burgeni Canonici 17. Octob. & 28. Novembrii 1586. coram Gypso.

46 Et dicta poena incurritur à Vicario Capitulari, quamvis cui concessit dimissorias, ea usus non fuerit, quia actus jam fuit consummatus quoad Vicarium concedentem, cum per ipsum non steterit, sic decisum fuisse à Sac. Cong. Concilii referunt Garcias de benef. part. 5. cap. 7. num. 92. in addit. Barbosa supra Concil. cit. sess. 7. cap. 10. num. 19. Marchin. de Sacrament. Ordinis tract. 1. part. 6. cap. 3. num. 15. Pellegri. loc. cit. num. 4.

47 Sic ordinati cum dimissoriis Vicarii Capitularis infra annum à die vacationis Sedis episcopalis, si in Minoribus Ordinibus constituti fuerint, nullo privilegio clericali præsertim in criminalibus gaudent; Et si in majoribus, remanent suspensi ab executione Ordinum ad beneficiatum futuri Episcopi, textu expresso in c. sess. 7. cap. 10. & sic tenent Doctores communiter, cum Barbosa supra Concil. cit. sess. 7. cap. 10. n. 10. & lib. 1. Juris ecclesiast. univ. c. 32. n. 131. ubi ex Marchin. c. part. 6. cap. 3. n. 13. subdit, dicitur poenam privationis privilegii clericalis hodie non incurri nisi post Judicis declarationem, juxta constitutionem SS. D. N. Urbani VIII. contra male promotos.

48 Non posse Vicarium Capitularem infra annum dictæ vacationis concedere licentiam Episcopo extero commoranti in diocesi, ut ordinem Regularem, etiam prævio examine per ipsum Vicarium factò, tenet Barbosa supra Concil. cit. sess. 7. cap. 10. numer. 3. & tract. de Canonici, & Dignitatibus cap. 42. num. 121. & lib. 1. Juris eccles. cap. 32. num. 121. Raguc. de voce Canon. part. 39. num. 4. Ad rectius contrarium docent Navarr. consil. 27. de temporibus ordinat. Quaranta loc. cit. verb. Capitulum Sede vacante quest. 11. Genuens. in prax. Archiepiscop. Neapolitan. cap. 87. num. 33. Piasc. in prax. Episcop. part. 1. cap. 1. num. 13. & alii.

49 Licet non possit nunc Vicarius Capitularis dimissorias ad Ordines concedere infra annum non arctatis, ex nova dispositione Concilii Trident. sess. 7. cap. 10.

Et sess. 23. cap. 10. de reform. poterat tamen ante Concilium de Jure communi illas concedere Indisincte arctatis; cap. Cum nullus 3. de temporibus ordinat. in 6.

Dimissorie à Vicario Capitulari, sive post annum, sive intra annum à die vacationis in casu permissio rite, & recte concessæ non expirat per ingressum novi Episcopi, quia gratia semel obtenta, non expirat morte concedentis; cap. Si super gratia 9. de offic. delegati in 6. cap. Si cui 36. de Præbend. in 6. Et sic tenent passim Doctores recte notantes, quod licet de Jure tales dimissorie non expirant, potest tamen novus Episcopus illas per edictum revocare, sicuti & omnes alias ab Episcopo prædecessore concessas similiter annullare.

Quamvis Vicarius Capitularis nequeat infra dictum annum dimissorias ad Ordines concedere, non arctatis, potest tamen expedire intra dictum annum illas dimissorias, quas Episcopus defunctus nominatim concesserat ante obitum; & morte præveniente non expedierat; Sac. Cong. Concilii in Mexicana literarum dimissorialium 24. Aprilis 1700. apud Monacell. tom. 1. tit. 4. formul. 5. n. 2. Talis enim concessio dimissorialium est gratia, quæ non expirat morte concedentis, per Jura adducta num. anteced.

Vicarius Capitularis non potest concedere Indulgentias; Card. Petra tom. 3. Comment. ad constit. 16. Alexandri IV. num. 28. ubi dicit, quod in hanc sententiam videtur ivisse Sacra Cong. Concil. sub die 13. Novembrii 1688. ibi: "Dubium Indulgentiarum Quæritur, an Vicarius Capitularis, Sede episcopali vacante, facultatem habeat concedendi Indulgentias, quas ceteroquin concedere potest Episcopus vivens?" Sacra Cong. Respondit: Vicarius Capitularis se abstineat. Et sic tenet Archidiaconus in cap. 1. de penit. & remissionibus in 6. Cardenal. in cap. Accedentibus 12. de excessibus Prælat. Fagnanus ibid. numer. 17. Sotus in 4. dist. 21. quest. 11. art. 4. Lavortus de Indulgentiis part. 2. cap. 11. num. 52. Pax Jordan. tom. 1. lib. 5. tit. 16. num. 27. Bonacina tom. 1. disput. 6. de indulgent. quest. 1. punct. 3. num. 23. Monacell. tom. 4. supplement. ad 3. tom. num. 64. ubi dicit, quod posset Vicarius Capitularis accusari tempore Sedis vacantis ipsum concessisse Indulgentias, quas Episcopus vivens concedere consuevit; nam talem potestatem Vicarium Sedis vacantis non habere constat ex declaratione Sacræ Cong. Conc. 13. Novembrii 1688. quæ dubio proposito respondit: Abstineat; Barbosa part. 3. de offic. & potest. Episcop. allegat. 88. num. 211. cum Navarr. Selv. Cordub. Ledesma, Torreblanca, Hentiq. Suarez, Reginald. Sanctarell. Alzedo, & aliis, contra Silvestrum, Lazarium, Zerolam, Aloysium Riccium, Azorium, & alios, & etiam contra ipsum Barbosam lib. 1. Juris ecclesiast. cap. 32. num. 91. & tract. de Canonici, & Dignitatibus cap. 42. num. 91. Et ratio nostra est, quia licet concedere Indulgentias sit actus Jurisdictionis, est tamen actus reservatus dignitati Episcopali, cum sit de majoribus; cap. Accedentibus 12. de excessibus Prælatorum, & ibi Fagnan. num. 17. cum pluribus ibi citatis, adeo ut etiam Auctores contrarii fateantur tutius esse, quod Capitulum, seu Vicarius committat alicui Episcopo, ut Indulgentias concedat nomine ipsius Capituli.

Vicarius Capitularis, Sede vacante, nequit quidem innovare in præjudicium ecclesie, aut Episcopi; Comm. textu expresso in c. Novit ille 1. Ne Sede vacante.

Neque potest consumere, aut aliquo modo in proprios, vel alienos usus convertere bona, Sede vacante, ecclesie relicta, aut de tempore collecta: Et si secus fecerit, tam ipse, quam quilibet alius id faciens remanet suspensus ab officio, & beneficiis, non obstantibus quibuscumque privilegiis, statutis, consuetudinibus, textu expresso in cap. Quia sæpe 40. de election. in 6.

Neque potest conferre beneficia spectantia ad solem collationem Concilii Trident. textu expresso in cap. Illa 2. Ne Sede vacante.

56 Et hoc etiam collatio spectaret ad Episcopum cum consensu, vel consilio Capituli, quia adhuc Capitulum, Sede vacante, conferre non potest; *cap. unico §. Cum vero: Ne Sede vacante in 6.*

57 Potest tamen conferre beneficia illa, quorum collatio spectat ad Episcopum, & Capitulum simul, textu expresso in *cap. unico. Ne Sede vacante in 6.*

58 Neque potest suppressere beneficium, & unire Capitulo: Sic declarasse Sacram Congr. Concilii super *cap. 13. de reform. sess. 24. refert Pellegri. loc. cit. sub sec. 3. num. 21.*

59 Neque potest donationem Jurispatronatus confirmare, nam in illa debet necessario intervenire Episcopi consensus; Rota apud Farinac. *decis. 257. n. 1. part. 2. recent. & decis. 576. part. 1. recent. Gratian. Disceptat. forens. c. 303. n. 10. cum seq. Lambertin. de Jurepar. lib. 1. part. 2. q. 1. art. 2. n. 3. & art. 4. per tot. Pellegri. loc. cit. n. 22. & alii.*

60 Neque potest substituere novos Examinatores in locum Examinatorum absentium, aut defunctorum, sed curare debet, ut elapso anno alii in locum demortuorum eligantur in synodo, alioquin pro legitimis non habentur, qui supererunt; Sac. Cong. Conc. apud Garciam de benef. in *addit. part. 5. cap. 2. n. 78. & Barbosa in Summa Apostolic. decis. collectan. 717. n. 14. & Pellegri. loc. cit. n. 24.*

61 Neque potest exequi commissiones Apostolicas in forma dignum, & alias directas Episcopo, vel ejus Vicario Generali intuitu officii, vel sub nomine Dignitatis; Sac. Cong. Conc. 2. Augusti 1631. apud Barbos. *loc. cit. n. 11.*

62 Neque potest expedire dispensationes Matrimoniales directas Episcopo, & ejus Vicario Generali; Sac. Cong. Conc. 24. Maji 1621. apud Barbos. *loc. cit. n. 12.*

63 Neque potest cognoscere causas confugientium ad ecclesiam, vel ab illa extrahentium; Sac. Cong. Immun. 15. Februarii 1633. apud Barbosam *loc. cit. n. 15.*

64 Neque prohibere potest, ne quis, Sede vacante, promoveatur ad Ordines; Sac. Cong. Episcop. in *Syracusana 13. Martii 1604.*

65 Neque potest licentiam concedere erigendi nova Monasteria, & Conventus; Sac. Cong. Episc. 19. Februarii 1633.

66 Neque potest suspendere, & iterum examinare Confessarios Regulares ab Episcopo defuncto examinatos, & simpliciter approbatos absque prefixione temporis, vel ad tempus nondum elapsum propter privilegium, quod habent a Clemente IV. ut scipius declaravit Sac. Cong. Conc. Pellegri. *loc. cit. num. 31. & alii passim. Vide verb. Approbatio art. 1. n. 54. ad 58. ubi affertur dictum privilegium, & dantur citata decreta.*

67 Neque potest, nec debet expedire causas, quae patiuntur dilationem, imminente provisione ecclesiae, nisi fuerint sibi specialiter delegate, sed relinquere expeditionem novo Episcopo: Sic declaravit Sac. Cong. Episcop. in *Neapolitana 17. Maji 1594. & in Narvini. 15. Maji 1601. & 21. Maji ejusdem anni. Sic pariter debet tali tempore imminente novi Episcopi abstinere a dandis dimissoriis, seu testimonialibus ad Ordines; Sac. Cong. Episcop. in *Brixina. 20. Novembris 1654.**

68 Adducitur novissima resolutio Sacrae Congregationis Concilii quoad aliqua dubia de Vicario Capitalari in ipsa proposita, ut sequitur:

I. An Vicario Capitalari Turritano liceat procedere in causis canonicorum ecclesiae Metropolitanae, tam in communi, quam in particulari, non obstante illius suspensione, seu recusatone per eisdem Canonicos, seu Capitulum allegata, in casu, &c.

II. An competat Capitulo Metropolitanano Turritano facultas recipiendi accusationes Vicarii Capitalaris per diocesanos Turritanos propositas, seu proponendas, & respectivo deputandi arbitros pro admittendis, seu recipiendis causis earundem recusatationum in casu?

III. An prefato Capitulo ecclesiae Metropolitanae licitum fuerit recipere suspensiones, seu recusatationes

immo ejusdem Vicarii eorum ipso propositas per Rev. D. Antonium Margium Rectorem ecclesiae Parochialis de Ossi, & R. P. Antonium Franciscum Serriam Plebanum ecclesiae Parochialis de Ostio in casu, &c.

IV. An censura relaxata per eundem dict. Vicarium Capitalarem adversus Archiepiscopum, Decanum, & Canonicum antiquiorem praedictae ecclesiae, sustineatur in casu, &c.

Sac. Congr. Concilii in Turritana 16. Decemb. 1724. Respondit.

Ad I. Affirmative. Ad II. & III. Affirmative. Ad IV. Negative.

Et reproposita causa sub dubio: An, & in qua parte sit standum, vel recedendum a decis. 16. Dec. 1724. Ead. S. Congr. die 31. Januarii 1725. Respondit: Ad I. & II. in decis. Ad III. recedendum a decis. Ad IV. in decis.

Vicarius Capitalaris, Sede vacante, tueri debet Jurisdictionem pro exemptione fructuum spectantium ad mensam episcopalem; Sac. Cong. Immun. *Liparitana 8. Junii 1626. lib. 1. decretal. Paul. pag. 2.*

Potest & debet procedere pro defensione Immunitatis, & Jurisdictionis ecclesiasticae; Sac. Cong. Immun. in *Regien. 8. Aprilis 1642. lib. 3. decret. Paul. pagin. 173. in Mediolanen. 27. Aprilis 1632. lib. 2. decret. Paul. pag. 124.*

Non habet tamen facultatem, quam habet Episcopus in casibus Bullae Gregor. XIV. super Immunitate, ideoque cognitio spectat ad Episcopum viciniorum; Sac. Cong. Immun. in *Vercell. 9. Novemb. 1650. lib. 4. decret. Paul. pag. 125.*

Vicarius Capitalaris non habet facultatem, quae competit Episcopo quoad casus Bullae Gregor. unde jubetur restituere ecclesiae reum homicidii praetensi exceptuati a se extrahatur, & datur ei facultas denuo extrahendi ad formam Bullae, & injungitur, ut demum conficiat processum, ac transmittat; Sac. Cong. Immun. in *Calaritana 30. Septembris 1698. lib. 2. decret. Vallem. pag. 178.*

Nec potest cognoscere super extractione, & violatione Immunitatis ecclesiasticae, sed hoc spectat ad Episcopum viciniorum; Sac. Cong. Immun. in *Regien. 19. Novemb. 1641. lib. 3. decret. Paul. pag. 161.*

Et in praedictis delinquens jubetur accedere ad Urbem; Sac. Cong. Immun. in *una S. Severini 29. Aprilis 1704. l. 3. decret. Vallem. pag. 577.*

Eum jubetur restituere reum praetensi homicidii exceptuati, quem extraxerat vigore literarum ejectionis; Sac. Cong. Immun. in *Firmana 10. Maji 1693. lib. 1. decret. Vallem. pag. 45.*

Vicario Capitalari non licet dare licentiam visitandi loca immunita; Sac. Cong. Immun. in *Bononien. 2. Martii 1700. lib. 2. decret. Vallem. pag. 275.*

Quare Vicarius Capitalaris monetur, quia dederit curiae laicali licentiam exhumandi cadaver e loco immuni pro faciendi recognitione; Sac. Cong. Immun. in *Spoletana 11. Maji 1683. l. 3. dec. Ali. pag. 176.*

Cum Vicarius Capitalaris, & Pro-Vicarius ordinaverint extractionem praetensi rei assassini, qui postea per dictum Vicarium Capitalarem, previa declaratione, quod non debet frui immunitate ecclesiastica, traditus fuerat curiae seculari, a qua datur in penam ultimi supplicii; Sac. Cong. censuit, tam Vicarium, quam Pro-Vicarium, & alios cooperatores esse incursum in censuras, & concedit facultatem Episcopo absolventi omnes coram Capitulo in forma consueti, facta ecclesiae laeae competenti elemosina arbitrio Episcopi, & inhabilitat ad officium Vicariatus, & Pro-Vicariatus arbitrio Sac. Congregationis, nec non monitis de Irregularitate incursum; Sacra Congr. Immun. in *Mantuvana 18. Martii 1687. lib. decr. Marti. pag. 62.*

Vicarius Capitalaris, qui cum curia laicali perquisivit, & extraxit confugitos ab ecclesia, ac non solum non est executus suas partes hujusmodi violationes impediendo, sed etiam animum dedit violato-

ribus, vocatur ad Urbem, & agitur cum Secretario Sacrae Cong. Episc. pro provisione alterius Vicarii, Sacra Cong. Immun. in *Acerent. 31. Julii 1674. lib. 1. decret. Altov. pag. 974.*

80 Vicarius Capitalaris extrahere faciens ab ecclesia cursores curiae Archiepiscopalis, mandet restitui, & acriter moneatur, ut reficiat carcerato damna passa, & consulat conscientiae suae; Sac. Cong. Immun. in *Salernitana 22. Jan. 1692. lib. decr. Crim. pag. 80.*

81 Idem Vicarius absolvens censuratum talem a se declaratum ob violatam immunitatem, reintegret censuras, & consulat conscientiae suae; Sac. Cong. Immun. in *Squillanc. 9. Maji 1676. lib. 1. dec. Alt. pag. 1243.*

82 Injungitur Vicario Capitalari, ut declaret, absolutionem a se datam esse nullam, & agitur cum Secretario Sacrae Cong. Episc. ut deputet alium Vicarium; Sac. Cong. Immun. in *Aquilana 14. Novembris 1664. lib. decr. Rocci pag. 434.*

83 Cum facultate tamen Sacra Cong. potest absolvere a censuris ob violatam immunitatem; Sac. Cong. Immun. in *Vercell. 30. Julii 1695. lib. 1. dec. Vallemani pag. 206.*

84 Non debet impedire confugium; Sac. Cong. Imm. in *Terracinen. 18. Nov. 1664. l. decret. Rocci pag. 599.*

85 Aliquando jubetur restituere pecuniam sibi erogatam pro excommunicatione Sacerdotis; Sac. Cong. Immun. in *Oritana 22. Apr. 1698. l. 2. decret. Vallem. pag. 149.*

86 Aliquando ei injungitur, ut mandet nulliter extractum restitui, & deinde extrahat ad formam Bullae, conficiat processum, & transmittat; Sac. Cong. Immun. in *Tropien. 27. Januar. 1665. lib. decr. Rocci pag. 117.*

87 Vicarius Capitalaris Acherontiae contra ordines Sanctissimi, & Sacrae Cong. obediens literis regis de accedendo Neapolim, declarat suspensus a divinis, privatur Vicariatu, & inhabilitatur ad hujusmodi officia, & ei praecipitur, ne discedat ab Urbe, & decretum praefatum notificatur tam Nuntio, quam Capitulo per literas, quae ad futurum rei memoriam retineantur in archivis, & curiae ecclesiasticae Acherontinae; & si non justificaverit allatam legitimam excusationem, inhabilitandus est etiam ad beneficia; Sac. Cong. Immun. in *Aberonina 5. & 13. Julii 1633. lib. 2. decret. Paul. pag. 160.*

88 Vicarius Capitalaris, seu Capitulum Sede vacante non potest conferre beneficia de Juspatronatus, quando ex lege fundationis conferri debent uni ex consanguineis, affinitibus, concubinis, seu personis ex certa familia, loco, seu collegio, quia tunc sicuti non potest Sede vacante se ingerere in collatione beneficiorum liberae collationis etiam devoluta, cum collatio beneficiorum in tali casu, etsi jure devoluta, sit semper liberalitas, & gratia, seu gratificatio erga personam arbitrio conferentis eligendam, sicque non necessaria, sed libera, dum potius uni, quam alteri beneficium conferre potest, quae est una ex rationibus, ob quas Vicarius Capitalaris, seu Capitulum Sede vacante non potest conferre beneficia ad ordinariam Episcopi collationem spectantia ex *cap. Illas 2. Ne Sede vacante; Ita sequitur, quod data hujusmodi beneficiorum devolutione, collatio ex tali jure non spectat ad Vicarium Capitalarem, sed ad Sedem Apostolicam vigore Regulae secundae Cancellariae. Sic Rota in *Cremone. Praeparatione 5. Apr. 1683. §. Hoc pariter, coram Urino. ac ita in una Calaritana beneficii, fuit in curia judicatum per binas sententias conformes de anno 1687. ad R. P. de Aste, & 1688. ad R. P. D. de Escheltibus, apud Riganti. tom. 1. in Regul. 2. Cancellaria §. 3. num. 154. & 155. ubi ad id. secum adducit Wormes cons. 260. num. 3. Remasin. de Capitul. Sede vacante, quest. 133. num. 5. & seq. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quest. 11. num. 21. Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 9. §. 1. num. 75. & 77. Marchetti. de Vicar. Capitul. tit. 32. n. 45.**

89 Sequitur ac alios, Sicut etiam quando testator in fundatione beneficium jus illud conferendi reliquit Episcopo pro tempore existentem, cum in tali casu agatur de jure speciali, & accidentaliter, & non de jure proveniente, vel ab ordinaria Episcopi potestate, vel a juris

dispositione, non potest tale jus transire in Vicarium Capitalarem, ut distinguunt Felin. & ceteri Interpretes, in *cap. Cum olim de majorit. & obediens. Romani consil. 506. num. 14. Sbroz de offic. Vicar. lib. 2. q. 30. num. 3. & quest. 188. num. 6. Garcia de benef. part. 5. cap. 7. num. 39. & alii. Et ad id. facit resolutio Sacrae Cong. Concilii in *Clusin. die 20. Martii 1756. Hinc beneficium collatio a Vicario Capitalari expleta titulum coloratum non tribuit. Riganti. tom. 3. in Regul. 36. Cancellar. num. 122. ubi ad id. varios adducit Doctores, & Rot. in *Segolin. canon. 117. April. 1704. §. Altera, coram Scot. confirmat 9. Maji 1705. coram Ansalda.***

\* Vicarius Capitalaris jurisdictionem episcopalem ad Capitulum devolutam, independenter ab ipso Capitulo exercet. Benedict. XIV. de *synodo dioces. lib. 4. num. 1. Vide tom. 2. verb. Capitulum art. 3. num. 63. & sequent. & supra art. 1. num. 39. Vicarius Capitalaris potest sua auctoritate ordinaria conferre processus super fama virtutum & miraculorum servorum Dei, quos conficere potuisset Episcopus. Idem *ibid. num. 2. & de canonizat. Sancto. lib. 2. cap. 2. mon. mer. 2. Immo ab ipsamet Sede Apostolica ad Vicarium Capitalarem quandoque diriguntur literae remissoriales pro conficiendis processibus Apostolicis super virtutibus, & miraculis eorumdem servorum Dei, tum etiam eorum, qui jam in Beatorum Album sunt relati. Idem *ibid. num. 21. & lib. 2. cap. 45. num. 17. Quomobrem c. num. 2. ingenue fatetur nondum hactenus percipere potuisse, cur data sit Apostolica dispensationes, quae ex mente Tridentini sess. 22. de reform. mat. c. 5. extra curiam committenda sunt Ordinariis locorum, in quibus degunt illas imperantes, nunquam consueverit committere Vicariis Capitalaribus, quamvis easdem committere soleat Vicariis Generalibus. Plura alia de Vicario Capitalari; Vide *tom. 2. verb. Capitulum art. 3. & supra, ubi abunde de omnibus, & insuper in d. tom. 2. verb. Concilium art. 4. ad num. 7. ad 9. Ubi quod synodus provincialis non a Vicario Capitalari Metropolitanis vacantibus, sed ab antiquiori Episcopo suffraganeo est indicenda ex decreto Sac. Cong. Concilii in *Taracoeni 13. Maji 1604. Et quod absente, vel impedito, seu mortuo Archiepiscopo convocanda est synodus provincialis ab antiquiore Episcopo ex suffraganeis, non autem ab Episcopo exempto, quamvis antiquiore, ex decreto ejusdem Cong. in *Burgen. die 17. Aprilis 1649.******

Alia de Vicario Capitalari, vide *verb. Capitulum & verb. Ordo.*

\*\* Vicarius Capitalaris, loco defuncti Episcopi, in missa nominari non debet; Benedict. XIV. *constitut. incip. Ex quo primus §. 20. Vicarius Capitalaris in locis Missionum, ubi resident Episcopi, a Capitulo, vel parochis, juxta veterem consuetudinem, eligi debet statim ab obitu Episcopi; Idem *constit. inc. Quam ex sublimi §. 3. Si vero nullum adsit Capitulo, nec parochorum numerus, a quibus electio perficiatur, Vicarius Generalis defuncti Episcopi, Pontificis auctoritate constituitur Vicarius Capitalaris; Idem *ibid. §. 4. Et Doctoratus necessitas tollitur, dummodo alia requisita in eligendo concurrant.***

Vicariis Capitalaribus per regnum Neapolitanum, & Vicariis Generalibus agrotantium Praetorum ejusdem regni, quae cura circa spolia sit commissa, & demandata; Vide supra *verb. Spolia.*

Vicariis Capitalaribus in regno Neapolitano prohibetur concessio literarum dimissorialearum pro prima clericali tonsura, aliisque ordinibus, etiam si annus a die vacationis ecclesiarum elapsus sit, absque speciali facultate Sac. Congregationis. Clemens XI. *part. 3. Bull. Ep. 2. & 3. Sac. Cong. Episcop. & Regul. 22. ad 200.*

An Capitulum eligendo Vicarium Capitalarem possit aliqua reservare a se ipso exercenda? Affirmant Pirhing. *ad tit. de offic. Vicar. num. 78. Pignatelli. consulti canon. tom. 9. consulti. 59. num. 4. Ventrigli. in prax. for. eccles. tom. 2. adnot. 15. §. 2. n. 18. Ragucc. de *900. canon. quest. 40. num. 14.**

- 104 Tradunt vero Auctores hujus affirmativae sententiae, quod si reservatio concernat ea, quae sunt voluntariae jurisdictionis, minime repugnat, ut ipsa exercentur ab ipso Capitulo; contra vero si reservata sint illa, quae spectant ad Jurisdictionem contentiosam, debeant haec à Capitulo alteri delegari.
- 105 Negativam vero sententiam tenent Fagnan. in cap. His, quae 3. num. 72. de major. & obed. Leuren. de Vicar. tract. 3. cap. 5. quasi. 565. num. 5.
- 106 Quod si Capitulum haud potest aliqua sibi reservare Vicarium Capitularem eligendo, multo minus potest quidem ad se avocare postquam jam Vicarium Capitularem elegit; Leuren. ubi supra q. 567. num. 2.
- 107 Ex his etiam patet vera resolutio ad quaestionem, de qua agit Auctor num. 40. an scilicet possit Vicarius Capitularis vigore suae electionis exercere ea, quae speciale mandatum Episcopi requirunt respectu Vicarii Generalis. Si enim Capitulum nil sibi potest reservare eligendo Vicarium Capitularem, non est quod Vicarius Capitularis opus habeat ullo speciali mandato exercere valet; Leuren. loc. cit. quasi. 568. num. 2. ubi rationem differentiae tradit. D

VICARIUS FORANEUS.

SUMMARIUM.

- 1 Vicarius Foraneus quis dicatur.
- 2 Quare dicatur Foraneus.
- 3 Episcopus tenetur Vicarios Foraneos in diocesi constituere.
- 4 Ad munus Vicarii Foranei qui eligi debeant.
- 5 Vicarii Foranei amoveri possunt arbitrio Episcopi, & ab ipso puniri, si in Officio desecerint.
- 6 Jurisdiclio Vicariorum Foraneorum est omnino limitata.
- 7 Vicarii Foranei ordinarie non possunt se intromittere in Criminalibus, nisi informativum processum faciendo.
- 8 Potest tamen ab Episcopo id eis concedi.
- 9 Ad Vicarium Foraneum, & non ad Parochum, nisi ipso Vicario absente, spectat dare licentiam laborandi die festo, & contravenientes multare.
- 10 Et talis licentia in scriptis concedi debet, & non ore tenui.

Interim quod literae Apostolicae Praelati de aliqua ecclesia provisi, Capitulo haud praesententur, ministrare episcopatum non posse asserit A. quod quidem juri Indico non convenit: nam regii patronatus virtute, eo ipso quod aliquis in Episcopum nominatur, regia schedula expediri jubetur, ut ecclesiae cathedrales, interim dum Sanctae Sedis Fiat pervenit, consecranturque provisi, Archi- & Episcopatum regendi facultatem concedant (1). Electio facta à Vicario Capitulari, dum parochiales ecclesiae per concursum conferuntur, si Sede non plena vacaverint, nullis roboris dijudicatur: nec ad Summum Pontificem pro electi approbatione est recurrendum; nam electio similis post concursum, nominationemve, est Regiae Majestatis privativa (2). An Vicarius Capitularis, prout etiam Generalis, gaudeat auctoritate permutationem unionemve beneficiorum facienti, suo loco proponitur: ibidemque satisfactio praestatur. Dumtaxat animadvertitur, quod si de regii patronatus jure, quae uniantur, aut permutantur, fuerint, regius assensus praenecessario assistendus (3).

Assassinus, cum ecclesiastica haud fruatur immunitate, licet unicum tantummodo commiserit crimen, dum mors, membrorumve mutilatio cui sit istud illatum, illico sequatur (4), etsi necessaria esse debeat illius declaratio super immunitate, tamen verificata negativa declaratione, nullas censuras post factam Curiae seculari traditionem, si in poenam ultimi supplicii damnatur, declarans, & cooperans incurrent (5).

(1) Auct. acoed. 1. tit. 6. lib. 1. Ind. Su Magestad en virtud del patronazgo está en posesion de que se despache su cédula real, dirigida á las Iglesias Catedrales Sede-vacantes, para que entre tanto que lleguen las Bulas de su Santidad, y los presentados á las Prelacias son consagrados, les den poder para gobernar los Arzobispados y Obispados de las Indias; y asi se executa.

(2) Vid. verb. Beneficium.

(3) Vid. id.

(4) Concord. 1737. Art. 2. La inmunidad local no

- 11 Pana pro transgressione festorum debet esse moderata.
- 12 Neque debet excedere 5. vel 6. Julios in loca pia distribuendos, deducta tertia parte pro executoribus.
- 13 Ac etiam pro ipsis Vicariis Foraneis secundum aliquos, sed non secundum Taxam Innocentianam.
- 14 Vicarius Foraneus nulla gaudet praecedentia ratione Vicariatus.
- 15 Etiam quaecumque contraria consuetudine non obstant.
- 16 Vicarius Foraneus debet in Processionibus, & Choro uti cotta, sicut alii Presbyteri, nec ratione sui Officii debet ante alios habere Thuris, & pacis honorem.
- 17 Vicarii Foranei residere debent in locis, ubi constituti fuerint, vel in alio non multum distanti.
- 18 Vicarii Foranei non possunt ultra solitam punctaturam multare absentes à choro.
- 19 Neque possunt Canonici prohibere, ne congregentur sine eorum licentia.
- 20 Vicarius Foraneus, si sit Canonicus, non debet habere majorem portionem ex funeribus, quam si esset simplex Canonicus.
- 21 Vicarii Foranei, & alii Rectores non tenentur aliquid dare Ministris Episcopi per diocesim discurrentibus, nisi cubile, & lumen.
- 22 Episcopus concedere debet Vicariis Foraneis facultatem, ut indigentibus impertiri possint licentiam vescendi cibis veitis, & hoc omnino gratis.
- 23 Non debet Episcopus prohibere Parocho, ne celebret Officium mortuorum sine interventu Vicarii Foranei.
- 24 Non potest Episcopus delegare facultatem Vicariis Foraneis concedendi monitoria.
- 25 Episcopus praeter Vicarium Foraneum non debet retinere in locis diocesis alios Potentatos.
- 26 Vicarii Foranei obedire debent omnes Curati, & alii Clerici cujuscumque Dignitatis sint.
- 27 Vicarii Foranei congregare possunt Presbyteros sui Vicariatus singulis mensibus ad conferendum inter se difficultates Ecclesiae.
- 28 Quodnam sit eorum Officium?
- 29 Tenentur significare Episcopo Curatos non residentes in sua Parochia.
- 30 Vicarius Foraneus dependet à Vicario Generali, nisi specialiter eximatur.
- 31 Alia usque ad num. 36. satis summatim referuntur.
- 37 Subnectuntur Supplementa Auctoris, ad num. 44.

VICARIUS FORANEUS dicitur ille, qui in certa parte dioc-

sufrágue en adelante á los Salteadores ó Assesinos de caminos, aun en el caso de un solo y simple insulto, con tal que en aquel acto mismo se siga muerte ó mutilacion de miembros en la persona del insultado. Igualmente que el crimen de lesa Magestad, que por las Constituciones Apostolicas está excluido del beneficio del asilo, comprehenda tambien á aquellos que maquinaren ó trataren conspiraciones dirigidas á privar á S. M. de sus dominios en todo ó en parte. (verb. Forum).

(5) Vid. verb. Spolium, per tot.

- diocesis extra civitatem Sedis Episcopalis, vel in oppidis per Episcopum constituitur, ut ibi Jurisdictionem quamdam exerceat; cap. Romana 1. de Officio Ordinarii in 6. & ibi Glossa verb. Foraneos, & alia Glossa in Clement. Etsi principalis 2. de rescriptis verb. Foraneos. Et dicitur Foraneus, quia foris, seu extra locum, in quo Sedes Episcopalis reperitur, Episcopi vires agit juxta traditam sibi potestatem; Glossa in cit. cap. Romana 1. de Officio Ordinarii in 6. verb. Foraneos, & alia Glossa in cit. Clem. Etsi principalis 2. de rescriptis in casu verb. Nota.
- 3 Episcopus tenetur Vicarios Foraneos in diocesi constituere; Concil. Mediol. I. part. 2. tit. de Vicariis Foraneis, Sac. Congr. Episcop. in Trojana 27. Martii 1590. & 10. Maji 1677. Et ex hoc minus Vicarii Foranei eligi, & constitui debent Archipresbyteri, & Praepositi locorum, vel alii in dignitate ecclesiastica constituti; Sin minus, eligi debent Rectores ecclesiarum parochialium diocesis quantum possibile erit; Conc. Med. I. loc. cit.
- 5 Vicarii Foranei amoveri possunt arbitrio Episcopi, quotiescumque voluerit, & puniri possunt, si male se gesserint in Officio sibi mandato; Concil. Mediol. I. loc. cit.
- 6 Jurisdiclio Vicariorum Foraneorum est omnino limitata, cum concedatur solum pro certa parte diocesis, & limitatis locis, ac solum pro certis, & limitatis causis civilibus ibidem occurrentibus usque ad certam, & limitatam summam, v. g. quinque scutorum, plus minusve, prout liberur, ne partes pro quolibet levi re cogatur semper se conferre ad civitatem, & comparere coram Vicario Generali; Sac. Congr. Episcop. in Trojan. 27. Martii 1590.
- 7 In criminalibus autem non possunt ordinarie se intromittere, nisi informationes capiendo, & formando processum informativum ad effectum illum transmittendi ad Vicarium Generalem cum relatione totius facti; Sac. Congr. Episc. in Motulensi 9. Junii 1592.
- 8 Potest tamen ab Episcopo eis concedi, ut se intromittant in omnes causas Clerici alicujus oppidi, seu sui limitati Vicariatus, tam civiles, quam criminales, & mixtas, exceptis illis, pro quibus poena corporis afflictiva est imponenda; Sac. Congr. Episcop. in Tarentina pro Oppido Martina 7. Julii 1567.
- 9 Ad Vicarium Foraneum, & non ad Archipresbyterum, sive Curatum, nisi ipso Vicario absente, spectat dare licentiam laborandi die festo, & contravenientes multare; Sacra Cong. Episcoporum in Cerenyina 2. Augusti 1594. & in Muterana 18. Novemb. 1597.
- 10 Et talis licentia in scriptis concedi debet, & non cretenus; Ead. Sac. Cong. 21. Augusti 1615.
- 11 Poena pro transgressione festorum debet esse moderata, & si fuerit exorbitans, reduci debet ad arbitrium Ordinarii, & reliquum, si fuerit exactum, restitui; Sac. Cong. Episc. in Ravennatensi 16. Januarii 1601. in Bellicastrensi 1. Septemb. 1603. & in Cornetan. 12. Decemb. 1624. Neque debet excedere 5. vel 6. Julios in loca pia distribuendos, deducta tertia parte pro Executoribus, licet quis deprehensus fuerit in fragranti post publicatum edictum; Sac. Cong. Episcop. in Teracineni 14. Decemb. 1594. Et tertiam partem poenae, seu multae, quae à violatoribus festorum exigitur, debet Vicariis Foraneis, tenet Pellegrinus de Vicario Foraneo subsection. unica num. 6. dicens, quod ubique servatur, quod poena praedicta applicentur Vicariis Foraneis, & eorum Executoribus, & quod sic censuit Sac. Cong. Episcop. in Thansen. 5. Februarii 1591. At hodie attendenda est Taxa Innocentiana §. Le peno, e multe, ubi statuitur, quod applicentur usui locorum priorum. (Vide verb. Multa).
- 14 Vicarius Foraneus ratione sui Vicariatus nullam habet praecedentiam in choro, sessionibus, & processionibus, & aliis actibus, & functionibus ecclesiasticis supra alios Parochos, Canonicos, & Presbyteros ipso antiquiores, & digniores, sed debet ipse Vicarius stare, sedere, & incledere in loco suae receptionis, & Dignitatis, ac si non esset Vicarius Foraneus.

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. IX.

tam cum cotta, quam sine illa, non obstante quacumque ordinatione Episcopi in contrarium, praterquam in Congregationibus, quae de mandato Episcopi singulis mensibus fiunt, in quibus tamquam Episcopi Delegatus praecedere debet omnibus, non tamen in processionibus, missa, & aliis, quae fiunt ante Congregationem; Sacra Congr. Rit. in Brundisina 17. Nov. 1600. in Oritana, & Catanensi eadem die, & anno, in Marsicensi, Spoletana, & Bononien. 11. Aprilis 1601. in Regien. 2. Martii 1602. in Troplen. 25. Januarii 1605. in Neocarrens. 12. April. 1606. in Comm. Valevaciae 19. Martii 1611. in Nucerna 25. Junii 1611. in Syracusana 7. Julii 1612. in Hydruntina Spoleti 2. Mar. 1613. in Mediolan. Corbette 3. Decemb. 1616. in Campana terrae Austriacae 12. Mart. 1618. in Messanen. Terra Castri 7. Septemb. 1618. in Spoletana Terra Cascia 23. Martii 1619. in Salernitana 27. Martii 1628. in Nerivonen. 22. Decemb. 1629. & in Tranen. 9. Aprilis 1633. & saepissime alibi. Etiam quacumque consuetudine contraria non obstante; Ead. Sac. Rit. Cong. in Syracusana 8. Junii 1630.

Vicarius Foraneus debet in processionibus, & choro uti cotta, sicut alii Presbyteri, nec ratione sui officii debet ante alios habere thuris, & pacis honorem; Ead. Sac. Congr. Rit. in Tranen. 24. Septemb. 1605.

Vicarii Foranei residere debent in locis, ubi constituti fuerint, vel in alio non multum distanti; Sac. Cong. in Trojanen. 12. Decemb. 1646. Locus autem debet quidem esse numerosus.

Vicariis Foraneis non licet multare Clericos, vel Presbyteros, qui non veniunt ad horas canonicas, ultra solitum punctum amissionis distributionum quotidianarum; Sac. Cong. Rit. in Brundisina 4. Martii 1606.

Neque possunt Vicarii Foranei contra usum, & 19 consuetudinem Ecclesiae prohibere Canonicis, ne Capitulum faciant sine sua licentia; Sac. Cong. Rit. in Orien. Callie 16. Decemb. 1605. & ead. Sac. Congr. 16. Decemb. 1616.

Vicarius Foraneus, si sit Canonicus, non debet habere majorem portionem ex funeribus, quam si esset simplex Canonicus; Sac. Cong. Rit. in Bononi. Castr. Sancti Joannis 7. Octobris 1617.

Vicarii Foranei, vel alii Rectores non tenentur quidquam solvere, aut dare Cursoribus, aut aliis Episcopi Ministris per diocesim discurrentibus, sed tantum ministrare debent cubile, & lumen; & si victum eis praebant, ab Episcopo repetere possunt; Sac. Cong. Episcop. in Lycien. 5. Februarii 1591. & in Balneoregien. 6. Augusti 1602.

Episcopus in sua diocesi concedere debet facultatem etiam Vicariis Foraneis, & Archipresbyteris, ut de consilio Medicorum impertiri possint indigentibus licentiam vescendi cibis veitis, quae detur omnino gratis, ita ut nec pro scriptura quidquam accipere liceat; Sac. Cong. Episcop. 20. Augusti 1591.

Non debet Episcopus prohibere Parocho, ne celebret officium Mortuorum sine interventu Vicarii Foranei; Sac. Cong. Episcop. in Cremon. 10. Junii 1603.

Attenta dispositione Tridentini cap. 3. sess. 25. de reform. non potest Episcopus delegare facultatem Vicariis Foraneis, sed tantum Vicariis Generalibus concedendi literas monitoriales pro rebus deperditis, seu subtrahis; Sac. Cong. Conc. 25. Junii 1655. Et antea ead. Sac. Cong. 8. Februarii 1590. declaraverat, non licere Episcopo hanc facultatem alteri, quam Vicario Generali delegare, neque specialiter, apud Pascuc. tit. de Vicario & Pitonium constii. ad Episcopos n. 1206.

Episcopus praeter Vicarium Foraneum non debet retinere in locis diocesis alios Potentatos; Sac. Cong. Episcop. in Ferentina 4. Augusti 1690. apud Monacell. part. 1. tit. 1. formal. 6. num. 2.

Vicariis Foraneis obedire debent omnes Curati, & alii Clerici, cujuscumque Dignitatis sint, alias per Episcopum puniri possunt; Conc. Mediolan. I. part. 2. tit. de Vicariis Foraneis.

Vicarii Foranei habent facultatem in unum congregandi semel in mense Presbyteros suae Regionis, seu